



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di  
Firenze.  
Magl. M.6.11




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di  
Firenze.  
Magl. M.6.11






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di  
Firenze.  
Magl. M.6.11




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di  
Firenze.  
Magl. M.6.11



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di  
Firenze.  
Magl. M.6.11

INCUNABULI  
M  
6  
11  
Biblioteca Nazionale  
Centrale - Firenze

6. 71







Incipiunt tractatus petri hispani bene emendati. et ad numerum usque duodenarium completi.

**D**ialectica est ars artium. scientia scientiarum. ad omnium methodorum principia viam habens Sola enim dialectica probabiliter disputat de principiis omnium aliarum scientiarum. Et ideo in acquisitione scientiarum dialectica debet esse prior Dicitur autem dialectica a **dya.** quod est duo et logos sermo uel lex ratio quasi duorum sermo uel ratio. scilicet opponentis et respondentis in disputatione Sed quia disputatio non potest haberi nisi mediante sermone nec sermo nisi mediante uoce nec uox nisi mediante sono. Omnis enim uox est sonus ideo a sono tanquam a priori ichonandum est Sonus est quicquid proprie et per se ab auditu percipitur Dico autem proprie quia licet homo uel campana audiatur homo non est nisi per sonum eius Sonorum alius uox alius non uox. Sonus uox. est idem quod ipsa uox Unde uox est sonus ab ore animalis prolatus naturalibus instrumentis formatus Naturalia autem instrumenta quibus uox formatur sunt hec. guttur. lingua. palatum. quatuor dentes et duo labia Unde Instrumenta nouerunt sunt guttur. lingua. palatum. Quatuor et dentes et duo labia simul Sonus non uox est qui generatur ex collisione duorum corporum inanimatorum ut fragor arborum. strepitus pedum Uox alia significatiua. alia non significatiua Uox significatiua est que auditui nostro aliquid representat ut homo equus Uox non significatiua est que auditui nostro nihil representat. ut bu ba bas. Uox significatiuarum alia ad placitum: alia naturaliter Uox significatiua naturaliter est que apud omnes homines idem representat: ut gemitus infirmorum. latratus canum Uox significatiua ad placitum est que ad uoluntatem primi instituentis aliquid representat ut homo Uox significatiuarum ad placitum alia complexa. ut ora

a i

definitur dicit

uox dicitur

omnis uox est sonus

definitur uox

Instrumenta formatia  
 uoce sunt uox. uox.  
 Guttur. Lingua. Palatum  
 quatuor dentes et duo  
 duo labia

Uox Significatiua  
 non significatiua

Significatiua ad placitum  
 alia naturaliter

Significatiua ad placitum complexa  
 et complexa



tio alia i complexa. ut nomen uel uerbum

*Definitio nōis scōi dyaleticū  
plures dicitur ponitur*

**N**ōmē ē uox significatiua ad placitū sine tpe: cui<sup>9</sup> nulla pars separata aliqd significat finita z recta uox ponit i diffinitōe nominis p genere. significatiua ponit ad differentiā uocis n̄ significatiue Ad placitūz ponit ad differentiā uocis significantis naturaliter Sic tpe ponit ad differentiā uerbi quod significat cū tpe: Cui<sup>9</sup> nulla pars separata aliqd significat ponit ad differentiam orōnis cui<sup>9</sup> partes separate aliqd significant Finita ponit ad differentiā nominis īfiniti. ut nō hō. quod non ē nomē secundū dyalecticū. sed nomē infinitū Recta ponitur ad differentiāz nominū obliquoꝝ ut carbonis carboni. que non sunt nōia secundum dyalecticū. sed nomina obliqua Unde solus nominatiuus siue rectus dicitur esse nomen secundum dyalecticū.

*Definitio uerbi scōi dicitur  
dicitur plures*

**Q**uibus est uox significatiua ad placitum. cum tpe cui<sup>9</sup> nulla ps separata aliqd significat: finita et recta Cū tpe ponitur ad differentiā nois: quod significat sine tempore: Finita ponitur ad differentiā uerbi infiniti. ut non currit non laborat. que nō sunt uerba scōm dyalecticū Recta ponitur ad differentiā uerboꝝ obliquoꝝ. ut currebat cucurrit. q̄ nō sunt uerba scōm dyalecticū. sed uerba obliqua Unde solum uerbū presentis tēporis īdicatiui modi dicitur esse uerbū secundum dyalecticū Dia aut alia uerba eiusdē modi z alioꝝ modorum dicunt uerba obliqua. Omnes aut alie differentie ponuntur hic in uerbo eadem ratione. quia z in nomine ponebantur Et sciendū q̄ dyaleticus soluz ponit duas partes oratiōis scilicet nomen z uerbū Reliquas aut omnes apellat sine cathegorematicas. idest consignificatiuas.

*Quid sit oratio scōi dicitur*

**O**ratio est uox significatiua ad placitum cui<sup>9</sup> partes separate aliqd significant. Hoc totum cui<sup>9</sup> partes zē. ponitur ad differentiāz nominis z uerbi quoꝝ partes sepeate nihil significant Reliquae aut pticule ponuntur hic

eadem ratione. qua in nomine & in uerbo ponebantur Oratio  
 nū. alia perfecta. alia imperfecta Oratio perfecta est. que p  
 fectum sensum generat in animo auditoris ut hō currit Oratio  
 imperfecta est. q̄ imperfectū sensum generat in animo auditoris  
 ut hō albus Orationū perfectarum. alia indicatiua. ut hō cur  
 rit Alia imperatiua. ut petere fac ignē. Alia optatiua. ut utinā  
 essey bonus clericus Alia p̄iunctiua ut cū ueneris ad me da  
 bo tibi equūz Alia deprecatiua. ut miserere mei deus. harū  
 autē orationum sola indicatiua oratio dicitur esse p̄positio.

**P**ropositio est oratio uerū uel falsū significans indi  
 cando. ut hō currit Propositionum alia categori  
 ca. alia yporetica. Propositio categorica est q̄ h̄z  
 subiectūz. p̄dicatūz & copulā. tanq̄z p̄es p̄incipales sui ut ho  
 mo currit. In hac enī p̄positione hō currit: homo est subiec  
 tū & currit p̄dicatum & quod coniungit unū cū altero dicit̄  
 esse copula. ut patet in resoluendo. ut hō currit. id ē hō est  
 currens. ibi hoc nomen hō est subiectūz: & currens p̄dicatūz. &  
 hoc uerbum est dicitur esse copula. quia coniungit unū cum  
 altero. Et dicit̄ categorica a categorico as are. quod idēz  
 est qd̄ as are Subiectum est illud de quo aliquid dicitur.  
 predicatum est illud quod dicitur de altero. scilicet de suo  
 subiecto Propositionum categoricarū. alia uniuersalis alia  
 particularis. alia indiffinita. alia singularis Propositio uni  
 uersalis est in qua subicitur terminus cōmunis signo uniuers  
 sali determinatus ut omnis homo currit Vel propositio uni  
 uersalis est illa que omni aut nulli inesse significat. ut omnis  
 hō currit. nullus homo currit Terminus cōis est. qui aptus  
 natus est predicari de pluribus. ut homo est terminus cō  
 munis quia predicatur de sorte platone. et de unoquoqz  
 hōine Signa uniuersalia sunt hec. omnis. nullus. nihil. quili  
 bet. quicumque. alter. uter. neuter. & similia. Propositio p̄ti  
 cularis est illa in qua subicitur terminus cōis signo particulari

orati. nū p̄fra  
 & i p̄fra

Quid Propositio

Propo categorica &  
 yporetica

quid subiectū &  
 qd̄ p̄dicatū

unū cap uniuersalis  
 Propo categorica Partic  
 Indefinita &  
 Singularis

quid Terminus cōis

significatiua omne quibz  
 nullus gēnūz  
 nihil. quicūqz

Signa par na alijs  
q daz  
u hiquis d

quid termin) Sing<sup>us</sup>  
nu. no affirmatiua  
Propo cathozo negatiua

Triplex qstio propo<sup>us</sup>  
que qnt subp<sup>as</sup>  
qualis quah<sup>us</sup> &  
quata q<sup>us</sup> km


et utroq termino  
et altero termino  
et nullo termino

Contrarie Subcon<sup>ne</sup>  
conrad<sup>ne</sup> subalt<sup>ne</sup>

determinat<sup>ur</sup>. ut aliqs hō currit: qdā equ<sup>us</sup> mouet<sup>ur</sup> Signa particu-  
laria sunt hec aliqs. qdā. reliqu<sup>us</sup> & similia Propositio idiffini-  
ta ē illa. i qua subicit terminus cōis nullo signo determinat<sup>ur</sup>  
ut homo currit Propositio singularis est illa. i qua subicitur  
termin<sup>us</sup> singularis siue discretus Vel i qua subicit<sup>ur</sup> termin<sup>us</sup>  
cōis cū pnomine demonstratiuo primitiue speciei. ut sortes  
currūt. uel iste homo currit. iste asinus currit &c. Terminus  
singularis ē. q apt<sup>us</sup> nat<sup>us</sup> est predicari de uno solo ut sortes de  
ipso. Item ppositionū categoricarum alia affirmatiua. alia  
negatiua Affirmatiua ē in qua pdicatū affirmatur de suo sub-  
iecto ut hō currit Negatiua est illa. in qua pdicatū negatur  
de suo subiecto. ut homo non currit.

**D**uisa propositioe tripliciter. sciendū est quod tri-  
plex ē qstū p qd querim<sup>us</sup> de ipsa ppositioe scilicet  
cet que. qualis. & quanta Que querit de substantia  
propositionis Vnde ad interrogationē factaz per que respō-  
dendū est categorica uel yporctica Qualis querit de qnta-  
te ppositiois Vnde ad itterrogationē factaz p qual<sup>is</sup> respōde-  
dū est affirmatiua uel negatiua Quata querit d quātitate p  
positiois. Vnde ad itterrogationem factam p quanta. respō-  
dendū est uniuersalis uel particularis: idiffinita uel singularis  
Vnde uersus Que ca uel yp:qlis ne uel af. u quanta p i sin.  
Item ppositionuz categoricaz. alie participant utroqz ter-  
mine. ut hō currit. hō non currit Alie uero altero termino:  
ut homo currit hō disputat Alie uero nullo termino ut plato  
disputat. equus mouet Item ppositionē participatiuz utro-  
q termino. quedā participant secundū eundē ordinē ut hō  
currit. hō n currit Quedā uero ordie ecōuerso ut hō est ani-  
mal. animal est hō Item ppositionū picipatiū utroque termino  
scdm eundē ordinē Alie sunt contrarie. alie subcōtrarie. alie p-  
tradictorie. alie subalterne. Cōtrarie sūt uniuersalis affirma-  
tiua. & uniuersal<sup>is</sup> negatiua eiusdē subiecti & pdicati. ut ois hō  
currit null<sup>us</sup> hō currit Subcōtrarie sunt particularis affirma-

tina z pticularis negativa. eiusdē subiecti z pdicati: ut qdā hō  
 currit. qdā hō n̄ currit Cōtradictorie sūt uniuersal' affirmati  
 ua. z pticularis negativa ul' uniuersal' negativa z pticularis  
 affirmatiua. eiusdē subiecti z pdicati. ut oīs hō currit. quidā  
 hō n̄ currit Null' hō currit. qdā hō currit Subalterne sunt  
 uniuersal' affirmatiua. z pticularis affirmatiua Ul' uniuersal' ne  
 gatiua z pticularis negativa eiusdē subiecti z pdicati. ut oīs  
 hō currit. qdā hō currit Null' hō currit. quidā hō n̄ currit.



Materia triplex. <sup>ms</sup> ppo

Naturalis

Contingens &

Remota

Lex Propria <sup>ms. naxp</sup> & contra

Lex subcontrariarum

Lex contradictoria <sup>asp</sup>

Lex subalternarum

**P**ropositionum triplex est materia. scilicet uaturalis. contingens & remota: Naturalis est. in qua predicatum est de esse subiecti: uel proprium eius ut homo est animal: homo est risibilis Contingens est. i qua predicatum potest adesse & abesse subiecto preter eius corruptionem. ut homo est albus homo non est albus Remota est in qua predicatum nullo modo potest conuenire cum subiecto. ut homo est asinus. leo est uacca. Lex siue natura contrariarum talis est. qd si una est uera. reliqua est falsa et non e conuerso Possunt enim ambe simul esse false in materia contingenti. ut ois homo est albus. nullus homo est albus In naturali uero materia semp si una est uera. reliqua erit falsa. et e conuerso. ut omnis homo est animal nullus homo est animal Et similiter in materia remota ut omnis homo est asinus. nullus homo est asinus Et in materia contingenti. quando accidens est inseparabile. ut omnis coruus est niger. nullus coruus est niger Sed ille que sunt de accidente separabili. possunt ambe esse false. ut omnis homo est albus. nullus homo est albus. Lex siue natura subcontrariarum talis est quod si una est falsa. reliqua erit uera. et non e conuerso Possunt enim simul esse uere in materia cotingenti et hoc quando accidens est separabile: ut quidam homo est albus. quidam homo non e albus Unde lex subcontrariarum contrario modo se habet ad legem contrariarum Lex contradictoriarum talis est. quod si una est uera reliqua erit falsa. & e conuerso In nulla enim materia possunt ambe esse simul uere uel false. ut omnis homo est animal quidam homo non est animal et sic de alijs. Lex siue natura subalternarum talis est quod si uniuersalis est uera. sua particularis erit uera. et non e conuerso: potest enim particularis esse uera. sua uni

uersali existente falsa Et si particularis est falsa sua uniuersalis est falsa & non econuerso Item propositionum participantium utroq; termino ordine econuerso. triplex est conuersio scilicet. simplex per accidens. & per contrapositionem Conuersio simplex est quando de subiecto fit predicatum. et de predicato subiectum. manente eadem qualitate & quantitate propositionis: et hoc modo conuertitur uniuersalis negatiua in se. et particularis affirmatiua in se. ut nullus homo est lapis. ergo nullus lapis est homo. aliquis homo est animal. ergo aliquod animal est homo Conuersio per accidens est quando de subiecto fit predicatum. et de predicato subiectum. manente eadem qualitate. scilicet mutata quantitate. et hoc modo conuertitur uniuersalis affirmatiua in particularem affirmatiuam et uniuersalis negatiua in particularem negatiuam. ut omnis homo est animal. ergo quoddam animal est homo. nullus homo est lapis. ergo quidam lapis non est homo: Conuersio per contrapositionem est quando de subiecto fit predicatum. et de predicato subiectum manente eadem qualitate et quantitate sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos Et hoc modo conuertitur uniuersalis affirmatiua in se. & particularis negatiua in se: ut omnis homo est animal ergo omne non animal est non homo quidam homo est lapis. ergo quidam non lapis non est non homo. Unde uersus Feci simpliciter conuertitur eua per acci Asto per contra sic fit conuersio tota Afferit a negat e. sunt uniuersaliter ambe Afferit i negat o sunt particulariter ambo Ecce tibi sim armigeros ac. arma bono con. Et est notandum. quod illud signum quod est in subiecto propositionis que debet conuerti. quodcunque sit il  
 a iij

Triplex conuersio Propo<sup>ni</sup>  
 Simplex  
 per accidens  
 per contrapositionem

Nota per totum



lud debet poni supra totum predicatum. et redicere ipsum ad subiectum. Et propterea eadem est conuersio i particula ribus. indiffinitis z singularibus.

*Propo xpoth<sup>ca</sup> quid  
vnde dicatur*

*Tres spes eius  
conditio<sup>is</sup>  
copulua<sup>z</sup>  
disiunctiua*

*omn<sup>is</sup> con<sup>ditio</sup> uer<sup>um</sup> e<sup>st</sup> nec<sup>ess</sup>  
o<sup>mn</sup>is co<sup>ditio</sup> falsa est impo<sup>ss</sup>*

**S**equitur de propositione yporetica Propositione yporetica est. que habet duas propositiones cathegoricis coniunctas. tanqz partes principales sui. ut si homo currit homo mouetur. Dicitur autem yporetica ab ypos quod est sub. et thesis positio: quasi suppositio. quia in ea una pars supponitur alteri Propositionum yporeticarum tres sunt species. scilicet condicionalis copulatiua z disiunctiua Condicionalis est. in qua coniunguntur due propositiones cathegorice mediante hac coniunctione si. ut si fortes currit. fortes mouetur Et illa cathegorica. cui immediate coniungitur hec coniunctio si dicitur antecedens. reliqua uero consequens Copulatiua est illa in qua coniunguntur due propositiones cathegorice. mediante hac coniunctione z ut fortes currit z plato disputat Ad ueritatem conditionalis requiritur qd antecedens non potest esse uerum sine consequente ut si homo est. animal est. Unde omnis condicionalis uera est necessaria ut omnis condicionalis falsa est impossibilis Ad falsitatem conditionalis sufficit qd antecedens potest esse uerum sine consequente ut si homo est asinus est Ad ueritatem copulatiue requiritur utranqz partem esse ueram ut homo est animal z equus est binnibilis Ad falsitatem eius sufficit alteram partem esse falsam ut homo est animal et equus est lapis. Ad ueritatem disiunctiue requiritur unam partem esse ueram ut homo est animal et equus e lapis Et permittitur qd utra

qz pars sit uera sed non ita proprie ut homo est animal  
uel equus est bimbilis Sed ad falsitatem eius requiritur  
utranque partem esse falsaz ut homo est asinus uel equus  
est lapis.

**S**equitur de equipollentijs. de quibus tales dan  
tur regule. Prima regula est. qd si alicui signo uni  
uersali uel particulari preponatur negatio. equi  
poller suo contradictorio. ut illa. non omnis homo currit  
equipoller isti. quidam homo non currit z ista. non quidam  
homo currit. equipoller isti nullus homo currit Secunda  
regula talis est quod si alicui signo uniuersali postponatur  
negatio equipoller suo contrario. ut omnis homo non cur  
rit. equipoller isti. nullus homo currit z ista. nullus homo  
non currit. equipoller isti. omnis homo currit Tertia regula  
est quod si alicui signo uniuersali uel particulari prepona  
tur et postponatur negatio: equipoller suo subalterno. ut  
non omnis homo non currit. equipoller isti quidam homo  
currit. et non nullus homo non currit. equipoller isti. qui  
dam homo non currit. Ex istis tribus regulis sequitur quaz  
ta regula que est talis. quod si duo signa uniuersalia nega  
tiua ponantur in eadem locutione. ita quod unum in subiec  
to z aliud in predicato. tunc primum equipoller suo contra  
rio per secundam regulam. z secundum suo contradictorio  
per primam regulam ut nihil est nihil equipoller isti. quod  
libet est aliquid. quod patet per secundam regulam quod  
libet non et nihil equipollent. et per primam regulam non  
nihil z aliquid equipollent. Unde hec nihil est nihil equi pol  
let huic. quodlibet est aliquid. quia non nihil et aliquid equi  
pollent sicut non nullus et quidam Unde uersus Non om  
nis quidam non omnis non quasi nullus Non nullus qui

Equipollen<sup>as</sup> p<sup>l</sup>urim<sup>is</sup> regu<sup>la</sup>  
p<sup>a</sup> n<sup>o</sup>ta

g<sup>a</sup> n<sup>o</sup>ta


ter<sup>a</sup> n<sup>o</sup>ta

u<sup>a</sup> n<sup>o</sup>ta

h<sup>o</sup>.

dam. sed nullus non ualet omnis Non aliquis nullus. non  
 quidam non ualet omnis Non alter neuter. neuter non  
 prestat uterq3 Item Pre contradic. post contra. pre  
 postq3 subalter.

*hec figura est  
 hic supflua*



**Q**uod est adiacēs rei determinatio z hēt fieri p ad  
 iectiuū Sed duplex ē adiectiuū. Est enī adiecti  
 uū quoddā noīs. ut alb⁹ niger zc. Et quoddā est  
 adiectiuū uerbi. ut aduerbiū. qz scōz pscianū adiectiuū ē uī  
 uerbi adiectum et iō duplex est mod⁹ Dn⁹ ē noialis . q fit p  
 adiectiuū noīs ut hic hō alb⁹ currit Ali⁹ uero aduerbialis q  
 fit p aduerbia ut hic hō currit uelociter Itē aduerbioz que  
 dā determināt uerbū ratiōe cōpositōis ut hec sex necessario  
 cōtingenter . possibiliter . impossibiliter uero et falso Alia de  
 termināt uerbū ratiōe rei uerbi ut fortiter agit. uelociter cur  
 rit Alia determināt uerbū ratiōe tpsis ut aduerbia tēporalia  
 Alia determināt uerbū ratiōe modi. ut aduerbia hortandi  
 et oprādi et similia. z scōm hoc modus sumit multipliciter  
 p aduerbia. Sed omissis oībus alijs solū de his que cōposi  
 tionē determināt est dicendum ut sūt hi sex modi necessario  
 contingenter possibiliter zc. Cū enim dicitur homo currit  
 necessario . designatur qz tota cōpositio sit necessaria Cum  
 enim dicitur . homo currit bene uel male uel uelociter : desi  
 gnatur qz cursus hominis est bonus uel malus uel uelox z  
 sic in istis determinatur res uerbi. in alijs uero cōpositio  
 z ita intelligendum est de alijs supradictis aduerbijs Vnde  
 solus ille modus qui cōpositionem determinat facit pro  
 positionem modalem et soluz de tali hic intendimus Et sci  
 enduz qz isti sex modi quādoqz sumūtur nominaliter ut pos  
 sibile impossibile necessarium contingens uerum et falsum  
 Et quandoqz sumuntur aduerbiallyter ut possibiliter: impos  
 sibiliter contingenter necessario . uero z falso Propositio  
 modalis est que modificat aliquo istoz sex modoz. ut fortē  
 currere ē possibile. fortem currere est cōtingens z sic de ali  
 is Et sciendum qz i propositionib⁹ modalibus uerbū debet  
 subici. modus autem predicari Qēs alic ppositiones dicun  
 tur de inesse . idest de simplici inherencia predicati ad sub

Dup. adiecti. } nomini &  
 uerbi.

Dup. modus } Modalis &  
 Aduerbialis

Sex modi adverbiorum  
 Necesario | Imposse  
 contingens | uero &  
 Possibiliter | falso

vi. modi. nomina  
 possibile. impossibile  
 necessarium. contingens  
 uero & falsum  
 Propo. modalis.

Prop. modalis & d. reser  
d. uero & falso relinquuntur

ex iij<sup>or</sup> modis sunt  
xv. ppo<sup>nes</sup> modalis.

4<sup>or</sup> Regula  
1<sup>a</sup>  
2<sup>a</sup>  
3<sup>a</sup>

4<sup>a</sup> Regula

iectū. z per hoc patet diuisio ppositionis q̄ solet fieri Pro  
positionum alia modalis. alia de inesse Ille at̄ ppositiōes  
que modificantur his modis uero z falso: relinquuntur. q̄  
eodē mō sumitur oppositio z equipollētia ī eis. sicut in illis  
de inesse. In his aut̄ modis que sunt possibile impossibile.  
contingēs z necessarium non sic sumit̄ oppositio z equipol  
lentia. ut postea patebit Et sciendū q̄ unusq̄q̄ istorū qua  
tuor modorum facit quatuor ppositiones modales. .: et cū  
quatuor sunt modi. erūt quater quatuor ppositiones z sic  
sunt sedecim ppositiones Verbi gratia iste modus q̄ ē possi  
bile: si sumitur sine negatiōe facit unā ppositionem moda  
lem. ut fortē currere ē possibile Si sumat̄ cū negatione posi  
ta ad uerbum facit secundam ppositionem. ut fortē non  
currere ē possibile Si sumat̄ cū negatiōe posita ad modum  
facit tertiam ppositionē ut fortē currere non est possibile  
Si sumatur cū negatione duplici una posita ad modū z alia  
ad uerbum facit quartā ppositionē. ut fortē nō currere nō  
est possibile Et sic secundū unūquēq̄ istorū quatuor modo  
rum sumūtur quatuor ppositiōes. Harū aut̄ ppositiōnū eq  
pollentie siue consequētie quatuor regulis cognoscuntur.  
Pria regula talis ē. Quicūq̄ dicto affirmato attribuit̄ possi  
bile eidem attribuitur cōtingēs z ab eodē remouetur īpossi  
bile z ab ei<sup>9</sup> p̄dictorio opposito remouet̄ necesse Secunda  
regula ē. Quicūq̄ dicto negato attribuitur possibile eidem  
attribuitur cōtingēs z ab eodem remouetur impossibile z  
ab eius p̄dictorio opposito remouet̄ necesse Tertia regula  
talis est A quocūque dicto affirmato remouetur possibile.  
ab eodem remouetur contingēs. z eidem attribuit̄ īpossi  
bile. z ei<sup>9</sup> p̄dictorio opposito attribuitur necesse Quarta regu  
la talis ē. A quocūq̄ dicto negato remouetur possibile. ab  
eodē remouetur cōtingēs z eidem attribuitur īpossi  
bile. z eius contradictorio opposito attribuitur necesse.

**O**mnēs autem ille propositiones que sunt in pri-  
 ma linea equipollēt & cōuertūtur iter se p primā  
 regulā. Que i secunda p scōdaz Que i tertia p terci-  
 am Et q̄ i quarta p quartā Itē eqpollētia ppositionū moda-  
 liū potest poni p has regulas. Oēs ppositiōes de possibili  
 et ipossibili equipollēt uerbo sibi se habēte & modo dissimili-  
 ter. ut fortē currere est possibile fortē currere nō ē possibile  
 Et oēs ppositiōes de possibili & de necesse. equipollēt uer-  
 bo et mō. dissimiliter se habētib⁹. ut fortē currere est possibi-  
 le fortē nō currere nō est possibile Et oēs ppositiōes de ipos-  
 sibili & necesse equipollēt uerbo dissimiliter se habēte et mō  
 similiter: ut fortē currere nō ē ipossibile. et fortē nō currere  
 nō est necesse. Et itelligit̄ modus similiter se habere et dissi-  
 militer quātū ad affirmatiōē et negatiōē ut dicat̄ mod⁹ si  
 militer se habere qm̄ affirmat̄ et negat̄ utrobiz Et dissimi-  
 liter qm̄ negat̄ i una et affirmatur in alia. Et eodē mō intelli-  
 gēdū est de uerbo sicut de mō Et sciendū. q̄ p̄dicta regula  
 nō facit mētiōē de cōtingenti. eo q̄ cōtingens cōuertit̄ euz  
 possibili unde idē est iudiciū de ppositiōib⁹ utriusqz. Exē-  
 pla autē huius querāt̄ i sequenti figura. i prima. secūda. ter-  
 tia & quarta lineis. quia ista ad omnes est regula generalis  
 unde vsus. Pos. ipos eqpol d̄ uerbo simi & mō dissi Impos.  
 necesse d̄ dissi & mō simi. Necel possibile d̄ dissi & mō dissi.

**P**ropositionū modalium alie sunt cōtrarie alie sub-  
 cōtrarie alie cōtradictorie alie subalterne Unde  
 oēs ppositiones q̄ sūt in quarta linea. p̄trariantur  
 his q̄ sunt i tertia linea. Unde uersus Tertio est quarto semp  
 cōtrari⁹ ordo Itē prim⁹ ordo et secūdu subcōtrariant̄ Du-  
 de uersus Sit tibi linea subcōtraria p̄ia secūde Itē primus  
 ordo et tertius. et secūdu et quartus cōtradiciūt Unde uer-  
 sus Tertio est p̄io cōtradictorius ordo Pugnat cū quarto  
 cōtradiciēdo secund⁹ Itē p̄ia linea subalternat̄ quarte. et se

Motus uitas  
 equipollentiarum


cf

Propo<sup>mo</sup> modalium.  
 contrarie  
 subcontrarie  
 contradictorie &  
 subalterne

cūda tertiē Unde priā subest quarte uice particularis habēi  
 se Hac bēt ad seriē se lege scda sequētē Ordo subalterm<sup>9</sup>. sic  
 prius siue secūd<sup>9</sup>. Prius amabim<sup>9</sup> edēuliq<sup>9</sup> scds terti<sup>9</sup> illa  
 ce purpurea reliquisq<sup>9</sup>. Destruit u totū. s<sup>3</sup> a cōfirmat utrum  
 q<sup>9</sup>. Destruit e dictum: denegat i que modum.  
 Equitur figura modalium.

Purpurea

Aliae



Incipte secundus tractatus.

Predicabile quandoq; sumitur proprie & sic dicitur predicabile. quod de pluribus predicatur. Quandoq; sumitur communiter siue large: et sic dicitur predicabile. quod de uno solo predicatur. siue de pluribus. De de predicabile proprie sumptum est idem quod uniuersale. Sed differunt in hoc. quia predicabile definitur per dici de. uniuersale uero per esse in. Est enim predicabile. quod aptum natu est dici de pluribus. Uniuersale autem quod aptum natum est esse in multis. Predicabile siue uniuersale diuiditur per genus. species. differentia p proprium et accidens. et solum de his quinque hic intendimus.

**G**enus dicitur tripliciter. Primo modo dicitur collectio multorum se habentiu quodammodo ad se inuicem et ad unu principiu ut collectio eoru que sunt de eade parentela descendentiu ab uno auo Secundo modo dicitur genus quod e principiu uniuscuiusq; generationis ut pater uel patria siue locus Tertio mo dicitur genus cui supponitur species. Et hoc ultio modo sumit hic. et diffinit sic. Genus est: quod predicatur de pluribus differentib; specie i eo quod quid est. ut animal pdicatur de homine et de equo. que differunt specie Ad cognoscendum aut hoc membru. scilicet differentibus specie oportet scire q; differens distat modis quot modis dicitur idem. Idem dicitur tripliciter. scilicet ide genere ide specie. et ide numero. Eode genere sunt. quecuq; sub uno genere continentur ut ho & asinus sub animali. Eade specie sunt quecuq; sub eade specie continentur. ut sortes et plato sub homine. Idem numero dicitur quadrupliciter. scilicet nomine. diffinitione. ide proprio & accidente. Eade nomine dicuntur. quoz res e una. nomina uo plura. ut mare & tullius. Eade

de predicabilib;

Proprie & Communiter

Primo & secundo. et tertio uniuersale

quid sit predicabile

Genus. Species differentia

Proprium & Accidens

Genus tripliciter dicitur

1<sup>o</sup>.

2<sup>o</sup>.

3<sup>o</sup>.

Quid Genus.

differens dicitur hoc modis

quor scilicet quod dicitur tripliciter

et numero dicitur uniuersale

et nomine diffinitione

proprio & accidente

et ad nomina



ead diffinitione

ead proprio

ead accidente

differe[n]s G[en]e

differe[n]s Sp[eci]e

differe[n]s numero.

Quo ad predicatu[m] i qd

al[ia] diffinitio G[en]er[is]

Generalissim[um] &  
Subalternum.

Genus diuidit[ur] in  
X<sup>m</sup>. Predicamenta

autem diffinitione dicuntur. quorum unum est diffinitio alte-  
rius. ut homo et animal rationale mortale. Eadem proprio  
dicuntur quorum unum est proprium alterius et conuertitur cum eo  
ut risibile est proprium hominis. Eadem accidente dicuntur  
quorum unum est accidens alterius. ut sortes et albedo que  
est in ipso. Similiter dicitur differens generis: differens specie.  
et differens numero. Differentia genera sunt: quecumque sub di-  
uersis generibus continentur. ut homo et arbor. quia homo  
continetur sub hoc genere quod est animal et arbor sub hoc  
genere quod est planta. Differentia specie sunt quecumque  
sub diuersis speciebus continentur ut sortes sub homine. et hic  
asinus sub asino in communi. Differentia numero sunt quecumque  
diuersum numerum constituent ut sortes et plato. Illud au-  
tem dicitur predicari in quid: quod conuenienter responde-  
tur ad interrogationem factam per quid. ut cum queritur  
quid est homo. conuenienter responderetur animalis et er-  
go animal predicatur de homine in quid. Aliter autem diffi-  
nitur genus. Genus est cui supponitur species. Et diuiditur  
in genus generalissimum et genus subalternum. Genus genera-  
lissimum est. super quod non est aliud genus superueniens. Vel  
genus generalissimum est. quod cum sit genus potest esse speci-  
es. Et diuiditur in decem predicamenta que sunt. substantia.  
quantitas. ad aliquid. qualitas. actio. passio. ubi. quando. situs.  
habitus. Hec autem decem predicamenta dicuntur genera-  
lissima quia nullum genus habent supra se. licet enim ens di-  
catur de istis decem. hoc tamen non est uniuoce sed equi-  
uocum et ideo non est genus eorum. De his autem decem nihil  
modo dicemus. sed in predicamentis determinabimus de  
istis. Genus subalternum est. quod cum sit genus potest esse  
species ut animal est genus hominis. et est species corpo-  
ris animati.

**S**pecies est quod predicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid est. In hac autem definitione hoc uerbum predicatur dicit aptitudinem et non actum. Similiter in alijs. ut homo predicatur de sorte et de platone. et de alijs particularibus hominibus qui sunt plura et dicta numero ut prius patuit. Et predicatur de his in quid quia cum quod dicitur. quid est sortes: conuenienter responderetur homo. Diffinitur etiam sic species. Species est quod ponitur sub assignato genere. Et sic species est de qua genus in eo quod quid est predicatur. Et diuiditur in speciem specialissimam et speciem subalternam. Species specialissima est que cum sit species non potest esse genus. ut homo equus asinus et similia. uel sic Species specialissima est. sub qua non est alia inferior species. Species subalterna est. que cum sit species potest esse genus ut animal. Unde quecumque sunt inter genus generalissimum et speciem specialissimam possunt esse genera et species. ad aliud quidem et ad aliud sumpta. sunt enim genera respectu inferiorum. species uero respectu superiorum. sicut patet in arbore porphiriana. Ut autem hoc sit magis planum sumatur exemplum de uo predicamento. ut substantia est genus primum. Sub hac autem corpus. sub corpore corpus animatum. sub quo animal. sub animali animal rationale sub quo homo. sub homine sunt individua. ut sortes plato. Individuum est quod de uno solo predicatur ut sortes. Haec omnia patent in figura sequenti que dicitur arbor porphiriana. Unde uersus *Ista tibi plana facit arbor porphiriana.*

*Species animal*


*Predicatur dicit aptitudinem  
& non actum.*

*alia definitio species*

*Species specialissima &  
Species subalterna*

*quo subordinantur  
Genus & species*

b i



**D**ifferentia dicitur tripliciter scilicet communiter, proprie, et magis proprie. Communis differentia est, qua alterum differt ab altero uel a seipso separabili accidente ut sortes sedes differt a seipso non sedere uel ab alio. Propria differentia est quæ alterum differt ab altero inseparabili accidente, ut sortes symus: differt a sorte non symo unde accidens inseparabile dicitur ut symum aquilum. Magis propria differentia est, qua alterum differt ab altero specifica differentia, id est per speciei differentiam ut homo differt ab equo per rationale. Et isto modo sumitur hic differentia. Et diffinitur sic Differentia est quod predicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quale ut rationale predicatur de homine et de his que sunt differentia specie. Sumus enim rationales nos et dii, ut uult Porphyrius. Sed mortale additum nobis separat nos ab illis. Illud autem dicitur predicari in quale quod convenienter respondetur ad interrogationem factam per quale. Cum enim dicitur qualis est homo convenienter respondetur rationalis: et ideo rationale predicatur de homine in quale. Differentia est qua species habundat a genere, ut homo habundat ab animali his differentibus, que sunt rationale mortale. Sciendum quod eadem differentia est diuisiua et constitutiua, sed diuisiua generis et constitutiua speciei, ut rationale diuidit animal cum differentia sibi opposita scilicet irrationale dicimus enim animalium aliud rationale aliud irrationale et iste differentie constituunt diuersas species sub animali. Omnis enim differentia adueniens generi constituit speciem ideo constitutiua seu specifica nominatur. Mortale enim additum super hoc genus animal constituit hominem. Et ob hoc dicit Boetius, quod sola species diffinitur. Diffinitio enim debet esse ex genere et substantialibus differentiis. Sola autem species habet genus et differentias, ergo sola species diffinitur.

b ij

*Differentia tripliciter  
communis  
Propria &  
magis propria*

*Differentia quod sit*

*Porphyrius*

*Predicari in quale*

*Alia definitio*

*diuisiua generis  
constitutiua speciei*

*Boetius*

Proprius. etc. un<sup>or</sup> mo<sup>is</sup>

1<sup>o</sup>

2<sup>o</sup>

3<sup>o</sup>

4<sup>o</sup>. pp. proprius

Definitio proprii

alia definitio

Definitio definitionis

Accidens. qd sit

Definitio accidentis

**P**ropriū dicitur quadrupliciter: Primo modo dicitur propriū quod uest alicui speciei et nō omni. ut esse medicum uel grāmaticum conuenit alicui homini s; nō omni Secundo modo dicitur propriū quod uest omni et non soli. ut esse bipedē inest omni homini sed non soli. Tertio modo dicitur propriū quod inest omni soli sed non semper ut canescere inest omni homini et soli sed non semper. qz solū inest homini in senectute Quarto modo dicitur propriū quod appellatur proprie propriū Et diffinitur sic. Propriū est quod inest omni soli et semper. ut risibile inest omni homini. soli homini et semp Non iō qz actu semp rideat. s; qz ap tus natus ē ad ridendum. et hoc quarto modo propriū dicitur unam de quīque predicabilibus et diffinitur sic ab aristotele. Propriū ē qd inest omni soli et semper et cōuersim pdicatur d re. et non indicat quid est esse rei. ut risibile inest homini Non indicat quid est esse rei. ponitur in diffinitione proprii. ad differētiā diffinitionis. Diffinitio enim cōuersim predicatur de re et indicat quid est esse rei ut substantia animata sensibilis cōuertitur cū aiāli. et indicat quid est esse ei<sup>9</sup> Quia oīs diffinitio fit p substantialia. omne autē superius est de essentia sui inferioris. Diffinitio enim sic diffinitur ab Aristotele Diffinitio est oratio quid est esse rei significans Propriū autem non indicat quid est esse rei.

5<sup>m</sup> & ultimū predicabile

**A**ccidens est Quod adest et abest preter subiecti corruptionem. ut album nigrum. sedere et non sedere. Hec enim possunt adesse homini et ab esse preter subiecti corruptionem Diffinitur autem accidens sic Accidens est quod neque est genus. neque species. neque differentia. neque propriū. inest autem rei Vel sic. Accidens est. quod contingit eidem in esse et non in esse. ut album nigrum sedere et cetera Et de his duabus ultri

nis diffinitionibus dicit Aristoteles. Est autem accidentis diffinitio secunda melior quam prima quia ad intelligendum primam diffinitionem. necesse est scire quid sit genus. quid species et sic de aliis. secunda autem per se diffinita est ad cognoscendum quod est quod dicitur per ipsam Accidentium aliud separabile ut albedo in homine Aliud inseparabile. ut nigredo in coruo. et ethiope. et album in cigno. licet enim nigrum inseparabiliter accidit coruo tamen hoc non est contra diffinitionem in qua dicitur. quod potest adesse et abesse preter subiecti corruptionem. quia ut uult Porphyrius. coruus potest intelligi albus. et ethiops nitens candore preter subiecti corruptionem. Item accidentium aliud commune. ut album nigrum Aliud proprium ut albedo fortis.

**A**ddendum est omnibus quinque predicabilibus de pluribus predicari. Differunt autem quia genus predicatur de pluribus quam alia. et ideo differt ab aliis Differentia uero differt a genere in eo quod predicatur in quale. genus autem in quid Item differentia differt a specie et a proprio quia differentia predicatur de pluribus differentibus specie. illa autem non differt enim ab accidente quia accidens suscipit intensionem et remissionem differentia uero non suscipit magis neque minus differt autem species a genere quia genus continet species. et non continetur ab eis. Species autem differt a differentia quia ex pluribus differentiis bene constituitur una species ut iste differentie rationale. mortale. coniunguntur ad constitutionem huius speciei homo. Species uero non coniungitur speciei ut gignat aliam speciem. quedam enim particularis equa cuidam particulari asino permiscetur ad muli generationem sed non equa et asinus in communi Species autem differt a proprio. quia species natura prior est pro

b iij

*Alia definitio acc<sup>ty</sup>*

*Porphyrius  
Accidens commune &  
Proprium*

*Quid sit commune.  
Quinque predicabilibus  
& quinque differentibus*

*Quoq; hinc & diffinitio  
p' differentias ipsa p'  
differentia*

*omne acci<sup>o</sup>. nata post  
suo subiecto*

*Predicari uniuoce*

*Predicari equiuoce*

prio. proprium uero posterius est specie. Preterea quorum  
termini & diffinitiones sunt differentes. ipsa sunt differentia  
ergo species et proprium sunt differentia Species autem  
differt ab accidente quia species predicatur in quid. acci  
dens uero in quale uel quomodo se habet. Species etiam  
natura prior est accidente. Omne enim accidens natura po  
sterius est suo subiecto. Proprium autem differt ab acciden  
te quia propriuz de una sola specie predicatur cuius est pro  
prium. accidens uero de pluribus speciebus. et accidens  
primo inest individuus et per posterius generibus & specie  
bus non enim homo aut animal currit. nisi quia sortes uel  
plato currit. Proprium autem primo conuenit speciei et p  
speciem conuenit individuus Item genus differentia. speci  
es. proprium equaliter participantur ab omnibus de qui  
bus predicantur. accidens uero non. sed suscipit intensionem  
et remissionem Item genus. differentia. species proprium  
uniuoce predicantur. accidens autem non predicatur uniuo  
ce sed denominatiue. Predicari autem uniuoce. est predica  
ri secundum unum nomen et rationem unam secunduz illud  
nomen sumptam. ut homo secundum unum nomen predica  
tur de sorte et platone. ut sortes est homo. plato est homo.  
et ratio eius secundum illud nomen est una. ut animal ratio  
nale mortale. et ob hoc ens non potest esse genus quia licet  
secundum unum nomen predicatur. non tamen secundum  
unam rationem. Ratio enim entis secundum quod dicitur de sub  
stantia est ens per se. secundum autem quod dicitur de alijs nouem pre  
dicamentis est ens in alio. et sic predicatur secundum diuersas ro  
nes. & ideo non predicatur uniuoce. sed potest equiuoce aut mul  
tipliciter. Predicari autem equiuoce est predicari uno nomine & ro  
nibus diuersis secundum illud nomen sumptis. ut canis uno  
noie predicatur de cane latrabili. sidere celesti: & pisce marino  
Non autem secundum illud nomen ratio est eadem oibus. sed alia &

alia Denominativa dicuntur. quecumq; ab aliquo solo casu  
sunt differentia et secundum illud nomen habet appellatio  
nem. ut a gramatica grammaticus .a fortitudine fortis Unde  
grammatica et fortis predicantur denominatiue.

Explicite secundus tractatus.

Incipit tertius tractatus. *Et ante q; dicuntur*

De cognoscendum predicamenta. quedam sūt  
necessario premitenda sine quorū cognitione  
nequaq; potest haberi cognitio predicamen  
torum. et ideo distinguimus cuz aristotele tri  
plicem modū predicandi. Forū que predicantur. quedaz  
sunt uniuoca. quedam equiuoca. quedam denominatiua. Equi  
uoca dicuntur quorū solum nomen est cōmune et ratio sub  
stantie secundum illud nomen est diuersa. ut animal signifi  
cat animal uiuum et animal pictum et nomen in eis solum ē  
commune et secundum illud nomen ratio substantie ē diuer  
sa. dicimus enī de leone picto in pariete Ecce terribile ani  
mal. et de leone uiuo idem dicimus equiuoce Et de statuīs  
regū dicimus Isti sunt tales reges et de his qui adhuc re  
gnant dicimus. isti sunt tales reges sumendo nomen regis  
equiuoce Uniuoca dicuntur quorū nomen est cōmune et  
ratio substantie secundum illud nomen est eadem. ut hoc no  
men animal est commune homini boui et leoni et similiter  
ratio substantie secundum illud nomen est eadem: ut ho  
mo est animal: bos est animal. homo est substantia animata  
sensibilis. bos est substantia animata sensibilis. et sic nomen  
est commune eis et ratio secundum illud nomen est eadem.  
nihil aliud est homo secundum q; est animal quaz substan  
tia animata sensibilis: et similiter bos. denominatiua dicun  
tur quecumq; ab aliquo solo casu sunt differentia et secun  
dam illud nomen habent appellationem. ut a gram  
matica grammaticus. et a fortitudine fortis differunt solo ca  
b iij

*qued denominatiua dicuntur*

*Tres modi predicandi  
Et uniuoca equiuoca et  
denominatiua.  
Equiuoca dicuntur*

*Uniuoca dicuntur*

*Denominatiua dicuntur*



*Nomen denominatiuū*

*cū complexiōe &  
sine complexiōe*

*Primus modus  
essendi in*

*2<sup>s</sup>.*

*3.*

*4.*

*5.*

*6.*

*7.*

*8<sup>us</sup> & ultimus modus.*

su. id est sola cadentia que est ex parte uocis . et secundum illud nomen habent appellationem Nomen enim denominatiuum debet conuenire cum nomine uniuoco i principio. et differre in fine . ut a grammatica grammaticus . ab albedine albus.

**A**rum que dicuntur. qdam dicuntur cum complexione. ut homo currit. qdam sine complexione ut homo uel currit Sed priusqz alterum membrum diuisionis huius subdiuidatur. distinguendi sunt modi essendi in . quia necessarij sunt ad sequentem diuisionem cognoscendam et ad ea que postea dicentur Primus igitur modus essendi i est. quando aliquid dicitur esse i alio. sicut pars integralis in suo toto. ut digitus in manu et paries in domo Secundus modus essendi in. est sicut totum integrale in suis partibus simul sumptis ut domus in pariete. tecto et fundamento Tertius modus. est sicut species in genere . ut homo in animali. uel unūquodqz inferius i suo superiori Quartus modus est sicut genus in specie . ut animal in homine uel uniuersaliter quodlibet superius i suo inferiori. Quintus modus essendi in. dicitur sicut forma in materia et iste quintus modus subdiuiditur. quia quedam est forma substantialis. ut anima est forma substantialis hominis quedam est forma accidentalis. ut albedo hominis. et prima harum dicitur proprie in esse sicut forma in materia . ut anima in corpore alia autem dicitur esse in alio sicut accidens in subiecto . ut albedo in pariete Sextus modus essendi in. est sicut aliquid est. in sua causa efficiente ut regnum in regente Septimus modus essendi in. est sicut aliquid est in suo fine. ut uirtus in beatitudine Octau<sup>us</sup> modus essendi in. est. sicut aliquid est in suo continente. ut uinum in uase. locatum in loco Hos autem octo modos essendi in distinguit aristoteles quarto philosophorum. Boetius autem assignat neuem . quis subdi

uidit quintum ut dictū est. Unde uersus In sunt pars totus  
genus & species. calor igni Rex in regno. res in fine. locoq;  
locarum.

**E**orum que sunt. quedā dicuntur ḡ subiecto i sub  
iecto uero nullo sunt ut genera species substantie &  
differentie earum que omnia dicuntur substantie  
uniuersalis: extenso hoc noie substantia ut homo animal ratio  
nale. Dici de subiecto prout hic sumitur est dici de inferiori  
ut animalis dicitur de homie. & hō de sorte. & color de albe  
dine Et esse in subiecto sumitur. secundum q̄ accidens est i  
subiecto. Alia uero neque de subiecto dicuntur. neq; in sub  
iecto sunt ut individua substantie. Alia dicuntur de subiecto  
et sunt in subiecto. ut genera & species aliorū nouem predi  
camentorum. dicuntur de inferioribus & sunt in subiecto. si  
cut accidens in subiecto. ut color dicitur de albedine. ut de  
inferiori. & est in corpore ut in subiecto Alia uero in subiec  
to sunt. et de subiecto nullo dicuntur: ut hec scientia est in  
anima. ut accidens in subiecto & non dicitur de aliquo infe  
riori. & iste color est in subiecto ut in corpore. & non dicitur  
de subiecto. omnis enim color in corpore est Quando autē  
alterum de altero predicatur. ut de subiecto. quecunque  
de eo quod predicatur dicuntur. omnia de subiecto dicun  
tur ut sortes est homo. homo est animal. ergo sortes est ani  
mal Diuersorum generum & non subalternarim pestorum  
diuerse sunt species & differentie. ut animalis et scientie  
que sunt diuersa genera Differentie enim animalis: sunt ra  
tionale. irrationale: diuiditur enim per has differentias:  
ut animalium aliud rationale. aliud irrationale Differen  
tie autem scientie. sunt naturale morale: et sermocinale.  
diuiditur enim scientia per has differentias. ut scientia  
rum alia naturalis: alia moralis. alia sermocionalis.

*Dici de subiecto  
est in subiecto*

*differentie animalis  
differentie scio*

que dicuntur secundum  
nullam complexione[m]

Sufficientia. *Prima*

Substantia

Quantitas

Ad aliq[ui]d

Qualitas

ubi

quando

situs

habere

Agere &

Pati. *Prima Substantia*

*2<sup>a</sup> Substantia*

Individa dicuntur

*2<sup>a</sup> Substantia*

Omnia & species dicuntur

*2<sup>a</sup> Substantia*

**Q**uorum que secundum nullam complexionem dicuntur. singulum autem. aut significat substantiam aut qualitatem. aut quantitatem. aut ad aliq[ui]d: aut agere. aut pati. aut ubi aut quando. aut situm esse aut habere Est enim substantia ut exemplariter dicatur ut homo equus Quantitas. ut bicubicum tricubicum Ada'iquid. ut duplum. triplum. Qualitas ut albedo. nigredo. Ubi. ut in loco esse Quando: ut heri fuisse. cras fore Situs. ut iacere sedere Habere. ut calciatum esse. armatum esse Agere: ut secare urei Pati. ut secari. uri His habitis dicendum e[st] de unoquoque predicamentorum. & primo de substantia. cum sit prior alijs predicamentis. *de substantia prima predicantur*

**S**ubstantia autem dividitur per primam & secundam. Prima substantia est. que proprie principaliter & maxime substare dicitur Vel prima substantia est que neq[ue] in subiecto est. neque de subiecto dicitur ut aliq[ui]s homo. aliq[ui]s equus Secunde substantie sunt species. in quibus sunt prime substantie. & harum specierum genera. ut homo et animal Est enim aliq[ui]s homo in homine qui e[st] species. & homo in animali quod est genus. Individua dicuntur prime substantie. quia primo substant alijs. Genera vero et species dicuntur secunde substantie quia secundo substant. Aliq[ui]s enim homo dicitur grammaticus et aliq[ui]s currus animal. substantia ergo homo dicitur grammaticus. currus: animal. et substantia Item ea que dicuntur de subiecto omnia predicantur nomine & ratione. ut ho[m]o predicatur de forte et dicitur platone. Foru[m] vero que sunt in subiecto. in pluribus quidem. neque nomen neque ratio predicatur de subiecto. ut hec albedo uel hoc album In aliquibus autem nomen nihil prohibet predicari de subiecto. rationem vero predicari dicitur subiecto est impossibile. ut album predicatur de subiecto. ratio uero albi nunq[ui]d de subiecto predicatur Item secundarum substantia

tiarum. species est magis substantia q̄ genus: q̄ species est propinquior prime substantie q̄ genus Et etiā q̄ pluribus subst̄at Quibuscūque enim subst̄at genus eisdē subst̄at species: et cum hoc species subst̄at ipsi generi. Sed species specialissime equaliter subst̄ant. et equaliter sunt substantie: ut homo equus et similia. His uisus dicendum est de communitatibus et proprietatibus substantie. Commune est omni substantie in subiecto non esse quia esse in subiecto competit solum accidenti. hoc patet in primis substantiis per definitionem prime substantie. in secundis autem patet inductione et silogismo Inductione sic. homo non est in subiecto equus non est in subiecto. leo non est in subiecto. neque animal. et sic de singulis. ergo nulla secunda substantia est in subiecto. Silogismo sic nihil eorum que sunt in subiecto. predicatur nomine et ratione de subiecto. sed omnis secunda substantia predicatur nomine et ratione de subiecto. ergo nulla secunda substantia est in subiecto. Hoc autē non est proprium substantie. sed etiam differentie competit et hoc intelligitur de differentiis substantie. Nec est instantia de partibus substantie. que sunt in suo toto et ideo uidentur esse in subiecto quia alius est modus essendi in. ut accidens in subiecto Et alius sicut pars est in suo toto. ut prius patuit. Item omnibus secundis substantiis et differentiis earum conuenit uniuoce predicari. Hoc enim omnia predicantur de primis substantiis nomine et ratione. quare uniuoce predicantur. Item omnis prima substantia significat hoc aliquid. id est indiduum et unum numero Sed secunda substantia uidetur significare hoc aliquid sub appellationis figura. eo quod est in prima substantia et etiam de essentia eius. non tamen significat hoc aliquid sed potius quale quid: siue commune nō enī illud qd̄ significatur per secundā substantiā est unum

Species est magis substantia  
q̄ genus

Commu<sup>lato</sup> & Prop<sup>us</sup> Sub<sup>tu</sup>

Inductio

Silogismus

Sub<sup>tu</sup> uniu<sup>us</sup> q̄ dicitur

no

Substantie nihil est  
contrarium

Sub<sup>a</sup> no suscipit mag<sup>s</sup>  
& minus

veru & falsum sunt  
in rebus ut in subiecto &  
sunt in oratione ut in sy<sup>o</sup>

Quantitas 2<sup>m</sup> Pr<sup>o</sup>di<sup>o</sup>  
continua &  
discreta

numero. sicut illud quod significatur per primam substantiam. Item substantie nihil est contrarium sed hoc non est proprium substantie quia non convenit soli substantie sed etiam quantitati et quibusdam aliis. Item substantia non suscipit magis neque minus. Non enim dico. quod una substantia non magis substantat quam alia. Sed dico quod unaqueque substantia secundum esse suum non intenditur neque remittitur. ut album quandoque est magis album. quandoque minus album. Sortes vero. non est magis homo uno tempore quam alio tempore. nec magis homo quam plato et hoc non est proprium substantie sed convenit etiam quantitati et religioni. Item proprium est substantie. cum sit una et eadem numero secundum sui mutationem esse susceptibilem contrariorum. ut idem homo aliquando est albus. aliquando est niger. aliquando est calidus. aliquando frigidus. aliquando pius aliquando studiosus. Neque est instantia de oratione quia licet hec eadem oratio sortes sedet. aliquando est vera. aliquando falsa. tamen hoc non est secundum sui mutationem. sed secundum mutationem rei. ut quia sortes currit vel sedet. Et ideo nota. quod verum et falsum sunt in rebus. ut in subiecto. et sunt in oratione. ut in signo. Unde equivoatur modus essendi in. cum dicitur verum et falsum esse in rebus. et in oratione. Similiter equivoatur susceptibile. cum dicitur. res est susceptibilis veri et falsi. et oratio est susceptibilis veri et falsi. sicut equivoatur susceptibile. cum dicitur. urina est susceptibilis sanitatis et animalis est susceptibile sanitatis. Hec enim suscipit sanitatem. quia significat eam. Aliud vero quod est subiectum eius. Et ita hoc proprium non convenit orationi. sed soli substantie. Quantitatis aliud continuum aliud discretum. Quantitas continua est cuius partes copulantur ad eundem terminum communem. ut partes linee copulantur ad punctum. Est autem discreta quantitas. ut numerus

et oratio Unde due sunt species eius. Non enim est in numero aliquis terminus communis ad que partes numeri copulantur. ut in decem quibusque et quibusque ad tria et septem ad nullum terminum copulantur sed semper discreti sunt. Est autem numerus multitudo ex unitatibus aggregata. similiter in oratione silhouette non copulantur ad aliquem terminum sed unaqueque separata est ab alia. Quantitatis continue. alia linea alia superficies alia corpus. alia tempus alia locus. Unde quibusque sunt species eius. Quod autem linea sit quantitas continua patet quod partes eius copulantur ad aliquem terminum communem. puta ad punctum. et partes superficiem ad lineam. partes corporis ad superficiem. partes autem temporis ad nunc. ut preteritum et futurum ad presens. partes autem loci ad eundem terminum copulantur ad que corpus particule. His uisus dicendum est de communitatibus et proprietatibus quantitatis prima communitas est quantitati nihil est contrarium. ut bicubito tricubito. uel superficiem nihil est contrarium. quia contrarietas primo inest qualitatibus. non omnibus sed quibusdam. quantitas non est qualitas. quare sequitur quod contrarietas non est in quantitate. Item quantitas non suscipit magis neque minus. Non enim una linea est magis linea quam alia. nec numerus trinarius est magis numerus quam binarius. et sic de alijs. Item proprium est quantitati. secundum eam equale uel inequale dici ut unus numerus est equalis uel inequalis alteri numero. et unum corpus est equale uel inequale alteri corpori. et una linea est equalis uel inequalis alteri linee.

**A**d aliquid uero talia dicuntur. quecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur uel quomodo liber aliter ad aliud. ut duplum dimidii duplum et dimidium dupli dimidium. pater filii pater: filius patris filius et maior minore maior. et minus maiore minus. uel sub habitudine alterius casus. ut similis simili similis. uicin?

*Humens quid*

*Quantitas continua: S. S. S. S.*

*Linea.*

*Superficies*

*corpus.*

*Tempus &*

*Locus*

*Quantitas nihil est*

*generum*

*Quantitas non suscipit*

*magis et minus.*

*3<sup>m</sup>. Prati.*

3<sup>es</sup> species relatiuorum  
1<sup>a</sup> secundum equiparantiam  
2<sup>a</sup> secundum suprapositionem  
3<sup>a</sup> secundum suppositionem

Conuenientia est in relatione

Acta suscipiunt magis & minus

dicuntur ad conuenientiam  
Sunt simul natura

Alia definitio relatiuorum

4<sup>m</sup> p<sup>er</sup> d<sup>ic</sup>ti

uicino uicinus amic<sup>us</sup> amico amicus. Relatiuorum tres sunt species. Quaedam dicuntur secundum equiparantiam: ut que eunq; eodem nomine dicuntur. ut similis simili similis. et equalis equali equalis. et uicinus uicino uicinus. Alia secundum suprapositionem dicuntur. ut duplum triplum quia ista supraponuntur alijs. sicut dominus seruo superponitur. Alia uero secundum suppositionem ut seruus domino supponitur. et filius patri et dimidium duplo et sic de alijs. Post hec sequuntur conuenientes et proprietates relationis. Prima est quod contrarietas est in relatione. ut uirtus est contraria uicio cum utrunq; eorum sit ad aliquid. hoc autem non conuenit omni relationi. duplo enim nihil est contrarium neq; triplo. Item relatiua suscipiunt magis et minus ut simile dicitur magis et minus simile et similiter inuale. Sed hoc non conuenit omnibus relatiuis. duplum enim non dicitur magis et minus duplum neq; triplum. neq; pater. Item relatiua dicuntur ad conuenientiam. ut pater filii pater filius patris filius. Item relatiua sunt simul natura simul enim sunt duplum et dimidium. pater et filius. Item relatiua posita se ponunt et perempta se perimunt. ut si duplum est. dimidium est et e contra et si duplum non est. dimidium non est et e contra. Item alia definitio relatiuorum est. Ad aliquid sunt quibus hoc ipsum esse est ad aliud quodammodo se habere. et hec definitio est propria relatiuorum. Item proprium est relatiuorum quod si quis diffinitate nouerit unum relatiuorum. diffinitate noscet et reliquum. ut si diffinitate nouerit quid sit duplum diffinitate noscet id cuius est duplum. Necesse est enim utroruq; rationibus utrisq; uti.

**Q**ualitas est secundum quam quales esse dicimur ut secundum albedinem dicimur albi. et secundum colorem colorati et secundum iusticiam iu

si Qualitatis quatuor sunt species Prima est habitus et dispositio Differt autem habitus a dispositione quia habitus permanentior est et diuturnior ut sunt uirtutes et scientie Scientia enim difficillime est mobilis: nisi forte grandis permutatio fiat uel ab egritudine uel ab aliquo alio huiusmodi circa scientem. similiter est de uirtute. Iusticia enim uel castitas non cito uel de facili permutantur Dispositiones uero dicuntur que de facili permutantur ut calor frigiditas egritudo. sanitas Unde habitus possunt dici dispositiones: et non e conuerso Illi enim qui habitum habet quodam modo sunt dispositi uel melius uel peius ad ea que habent. dispositiones autem non sunt habitus Unde habitus potest sic diffiniri habitus est qualitas de difficili mobilis. Dispositio est qualitas de facili mobilis a suo subiecto Secunda species qualitatis est naturalis potentia uel impotentia aliquid facile faciendi. uel patiendi. ut sanatiuus dicitur qui habet naturalem potentiam. ut nihil ab aliquibus accidentibus egritudinem inferentibus patiatur Et egrotariuus dicitur qui habet naturalem impotentiam aliquid patiendi. durum autem dicitur habere naturalem potentiam resistendi sectioni Et molle naturalem impotentiam quia cito secatur. Lurfores et pugillatores dicuntur similiter de ista specie non quia exercent actus suos: sed quia habent naturalem potentiam hoc faciendi Tertia species qualitatis est passio et passibilis qualitas. ut ille qualitates que efficiunt in sensibus passiones ut in gustu dulcedo amaritudo et similia Et etiam ille qualitates sunt in hac specie que ab aliquibus passionibus generantur. uel facile uel difficile mobilibus et permanentibus. siue enim nigredo ab aliqua passione naturali generetur. siue ab egritudine: siue ab estu. qualitas passibilis dicitur. Quarta uero species qualitatis est forma. et circa hoc aliquid constans figura ut dispositio corporis

Qualitatis 4<sup>or</sup> spes  
1<sup>or</sup> spes  
habitus est permanentior  
et diuturnior dispositio

Dispositio est facile permutatur

Habitus est qualitas de difficili mobilis.  
dispositio de facili mobilis

2<sup>a</sup> spes

3<sup>a</sup> spes

4<sup>a</sup> spes



ut triangulatio. quadrangulatio. rotunditas curuitas. recti-  
tudo circulus &c.

**Q**ualia uero dicuntur. que secundum hec denominati-  
ue dicuntur. uel quomodolibet aliter ab his ut a  
grammatica grammaticus. a iusticia iustus. Vel que di-  
cuntur ab aliqua qualitate non denominatiue. eo quod nomen non  
est impositum ipsi qualitati. ut cursor et pugillator. Et nota quod  
cursor et pugillator dicuntur dupliciter. Uno modo dicuntur  
cursor et pugillator ab arte currendi et pugillandi. et sic sunt in  
prima specie qualitatis. quia iste artes sunt habitus. Alio modo di-  
cuntur cursor. non quod habet artem currendi sed quod habet naturale  
potentiam ad actum currendi. et pugillator non quod habeat artem  
pugillandi sed quod habet naturale potentiam ad actum pugillandi.  
Et isto modo dicuntur qualia ab istis naturalibus potentijs:  
sed non denominatiue. eo quod nomina non sunt imposita istis natura-  
libus potentijs a quibus dicuntur qualia. et sic cursor et pu-  
gillator sunt in secunda specie qualitatis. Alia autem dicuntur  
qualia non denominatiue. non quia nomen non est impositum qua-  
litati. sed quonia quale non participat illud nomen. ut studiosus  
a uirtute. et sic sunt tres modi sumendi quale a qualitate. Est  
autem contrarietas in qualitate. ut albedo contrariatur nigredi-  
ni. iusticia iniusticie. Hoc autem non est proprium qualitati. quia  
non conuenit omni qualitati. Figura enim non habet aliquod  
contrarium. neque medij colores. ut rubedo. bluedo. Et scien-  
dum quod si unum contrariorum fuerit quale. reliquum erit qua-  
le. ut iusticia est qualitas. ergo iniusticia. iustum est quale. er-  
go iniustum. Item qualitas suscipit magis et minus. dicitur  
enim iustus magis et minus iustus. et albus. et grammaticus. sed  
hoc non est proprium qualitati. quia quadratum non suscipit magis  
neque minus. neque circulus neque quadrangulatio neque circu-  
latis. Item proprium est qualitati secundum eam simile uel dis-  
simile dici. ut albus albo similis dicitur. et iustus iusto. albus

*Que qualia dicuntur*

*q*

*contrarietas in qualitate*

*Qualitas suscipit magis  
& minus*

autem nigro dissimilis dicitur.

*Quantum predicantur*

**A**ctio est scdm qua in id quod subicitur agere dicitur. ut secans aliquis dicitur agere in eo quod secat. Unde sectio est actio. & secundum sectionem agit secans in eo quod secat & percussio est actio. Item proprium est actioni ex se inferre passionem. Recipiunt autem agere & pati contrarietatem. Calefacere enim est contrarium ei quod est frigidificare. Et delectari est contrarium ei. quod est tritari. Recipiunt agere & pati magis et minus. Calefacere enim magis & minus dicitur. Et calcificari dicitur magis & minus. Et similiter delectari et tritari.

*Sexta lra*

**P**assio est effectus illatioque actionis. ut calcificari inferitur ex calefacere. Proprium autem passioni est primo inferri ex actione. Item passio non est in agente sed in patiente. De reliquis vero que dicta sunt modo sufficient. Que sequuntur de alijs quatuor predicamentis. non sunt dicta a petro hispano.

*Septima lra*

**Q**uando est quod ex adiacencia tps in re temporalis derelinquitur. ut hodie esse cras fore. Item duplex est quando scilicet simplex & compositus sicut duplex est tempus. Item tres sunt proprietates quando. Prima est. qd quando non suscipit magis neque minus. Secunda est qd quando nihil est contrarium. Tertia est. qd quando est in omni illo quod incipit esse in tempore.

*Octava lra*

**U**bi est circumscripcio corporis locati a loci circumscriptione pcedes. ut in ecclia esse in foro esse. Et dividitur ubi quod quoddam est ubi simplex & est illud. quod a simplici loco pcedit ut est locus pctorum. Et quoddam est ubi compositum & est illud quod a loco composito pcedit. Proprietates ubi. sunt due. Prima est. qd ubi nihil est contrarium. Secunda est. quod ubi non suscipit magis neque minus. hec est qd ubi non suscipit intensiorem & remissionem.

*Actio qd sit*

*Proprius actionis qd recipit contrarietatem. recipit magis & minus.*

*Passio quid*

*Recipit magis & minus*

*Quando. quid*

*Simp. & compositus. Non suscipit magis & minus. Non recipit contrarium & est in omni: qd incipit esse in tpe*

*ubi. qd sit*

*ubi. simp.*

*ubi. compositum*

*Non habet contrarium & non suscipit magis neque minus*

Positio. quid  
1<sup>a</sup> no h<sup>ab</sup> contrariu  
2<sup>a</sup> no suscip mag<sup>is</sup> neq<sup>ue</sup> mi  
nus  
3<sup>a</sup> q<sup>ui</sup> substantie p<sup>ro</sup>xi<sup>mo</sup>  
assistent ut p<sup>ro</sup> p<sup>ro</sup>.

Habitus quid  
1<sup>a</sup> q<sup>ui</sup> suscip mag<sup>is</sup> & min<sup>us</sup>  
2<sup>a</sup> no h<sup>ab</sup> contrariu  
3<sup>a</sup> q<sup>ui</sup> semp<sup>er</sup> e<sup>st</sup> in pl<sup>ur</sup>ib<sup>us</sup>  
or  
iii oppositiones  
Relativa  
Privativa  
contraria &  
Contradictoria

No.

**P**ositio est quaedam partium situs et generationis ordinatio  
ut scilicet. statio. et sic de aliis. Sunt tres sunt proprie  
tates positionis. Prima est. quod positio non habet con  
trarium Secunda est quod positio non suscipit magis neque minus  
Tertia est. quod proprium est positioni substantie proxime assistere.  
**H**abitus est corporum et eorum que circa corpus  
sunt adiacentia. ut tunicarum esse loricatedum esse  
Et tres sunt proprietates eius. Prima quod habitus suscipit  
magis et minus. ut equus est armatier pedite Secunda est quod  
habitus non habet contrarium Tertia est quod habitus semper  
est in pluribus. scilicet in habente et in habito.

Sequitur de post predicamentis.  
**D**icitur autem alterum alteri opponi quadrupli  
citer Oppositorum enim quedam sunt relativa.  
ut pater et filius: duplum et dimidium Quedam  
sunt privative opposita. ut privatio et habitus. visus et ceci  
tas. auditus et surditas Alia sunt contrarie opposita. ut albu  
et nigrum Alia sunt contradictorie opposita. ut sedere non se  
dere Que autem sunt relative opposita. dictum est prius in  
capitulo de relatione. Contraria sunt quecumque sub eodem  
genere posita. maxime a se invicem distat. mutuo se expellunt  
eidem susceptibili vicissim insunt. nisi alterum insit a natura  
ut albedo in cigno et nigredo in corvo et ethiope Caliditas  
autem non est in igne ut accidens in subiecto immo ut sub  
stantiale in eo cuius est substantiale. sicut sunt quedam que  
cadunt in diffinitione alicuius. non secundum predicationem  
sed potius ut principium. ut punctus in diffinitione linee.  
et unitas in diffinitione numeri Et iste modus essendi in con  
tinetur sub quarto modo secundum quem unaqueque pars  
diffinitionis est in suo diffinito Et sic ignis non est subiec  
tum caliditatis. sed materia ignis est subiectum eius. Hec  
enim susceptibilis est caliditatis et frigiditatis. Unde calidi

ras est in materia ignis ut in subiecto. in igne uero non ut in subiecto. sed ut substantiale in eo cuius est substantiale. Ignis est subtilissimum corpus calidum. agens super aera secundum totam suam uirtutem. Priuatiue opposita sunt que habent fieri circa idem subiectum. ordine irregressibili. et tempore determinato a natura Ordine irregressibili. dico. quia ab habitu in priuationem deuenire possibile est. sed non e conuerso Impossibile est enim a priuatione in habitu regressum fieri: ut uisus et cecitas habent fieri circa oculos. A uisu autem deuenire in cecitatem possibile est. sed non e conuerso.

**P**rius dicitur quadrupliciter. Prius modo et proprie aliquid dicitur prius altero secundum ipsa. puta aliquis dicitur senior. et antiquior altero. sicut homo huius triginta annos dicitur prior homine habente uiginti annos. Secundo modo dicitur aliquid prius a quo non conuertitur subsistendi consequentia. ut unum est prius duobus. Duobus enim existentibus mox consequens est unum esse. ut si duo sunt unum est et non e conuerso. Tertio modo dicitur prius secundum ordinem quendam ut in disciplinis principia priora sunt conclusionibus. et in grammatica littere sunt priores sillabis. Et in oratione prohemium est prius narratione. Quarto modo prius dicitur quod melius est et honorabilius. Consueuerunt enim plurimi homines honorabiliores et magis dilectos apud se dicitur priores. Preter hos quatuor modos iam dictos est unus alter modus prioritatis. Foris uero que conuertuntur secundum essendi consequentiam et alterum est quodammodo causa alterius. illud quod est causa alterius est prius natura. ut hec res hominem currere conuertitur cum hac oratione homo currit. Et si hominem currere sit uerum. hec est uera homo currit et e conuerso. Res autem est causa orationis uere de se facte et non e contra. Ab eo enim quod res est uel non est oratio dicitur uera uel falsa ergo hec res hominem currere prior est hac oratione homo currit.

c ij

*nota*

*Prus dicitur quatuor*

*Primo*

*2°*

*3°*

*4°*

*Alius & modus Prioritatis*

*q*

Unde uersus tempore natura prius ordine die & honore.  
Causam causato dicimus esse prius.

*Simul de u<sup>ter</sup>*  
*1<sup>o</sup> simul t<sup>em</sup>p<sup>or</sup>e*  
*2<sup>o</sup>*  
*3<sup>o</sup>* } *simul natura*

**S**imul dicitur tribus modis. Primo modo dicuntur simul quorum generatio est in eodem tempore et neutrum est prius neque posterius. et hec dicuntur simul tempore: ut duo gemelli nati in eodem tempore Similiter subiectum et sua propria passio Secundo modo dicuntur simul quecumque conuertuntur et neutrum est causa alterius. sicut quilibet relatiua. ut duplum et dimidium. pater et filius. et sic de alijs Tertio modo dicuntur simul que equaliter conuident aliquod genus ut homo equus. leo. et sic de alijs que conuident hoc genus animalis Et similiter differentie diuidentes aliquod genus dicuntur simul: ut rationale irrationale. et sic de alijs. Isti autem duo ultimi modi dicuntur simul natura. primus autem modus dicitur simul tempore. unde uersus Dico simul quorum generatio nunc est Que conuertuntur dicuntur esse simul Suntque simul species generis unum conuidentes.

*Sex spes motus*  
*Generatio*  
*Corruptio*  
*Augmentatio*  
*Diminutio*  
*Alteratio &*  
*Mutatio per locum*

**M**otus sex sunt species. scilicet: Generatio. corruptio. augmentatio. diminutio. alteratio et secundum locum mutatio. Generatio est progressio a non esse ad esse Corruptio est progressio ab esse ad non esse Augmentatio est peristentis quantitatis maioramentum Diminutio est peristentis quantitatis minoramentum Alteratio est mutatio a contraria qualitate in contrariam qualitatem. uel in mediam. ut cum aliquid permutatur ab albedine in nigredinem uel in medios colores Motus secundum locum est mutatio de uno loco in alterum. Motus autem secundum locum sex sunt species siue differentie. scilicet Ante. retro sursum deorsum dextrorsum et sinistrorsum. Ad omnes autem has partes fit motus. unum uersus Augere diminuit corripit et generat Alterat

*Habere de multis modis*  
*Primo modo*

**H**abere dicitur multis et mutat et multa loca uersus modis. Primo modo dicitur habere aliquam qualitatem ut disciplinam uel uirtutem. Secundo modo dicitur habere

quantitatem & magnitudinē. ut bicubitum tricubitum Tertio modo dicitur habere ea que circa corpus sunt adiacentia: ut uestimentum & tunicam. Aut circa membra ut in manu anulam Et habitus isto tertio modo sumptus. est unum de decem predicamentis et diffinitur sic habitus est corporum et eorum que circa corpus sunt adiacentia ut est armatio uel caligatio & similiter fingantur nomina in alijs secundum adiacentiam illam. hec enim dicuntur habere illa uero haberi Quarto modo dicitur habere membrum. ut manum aut pedem. Quinto modo dicitur habere. sicut continens contentum. ut lagena uinum. aut modius grana trititi Sexto modo dicitur habere possessionem. ut domum aut agrum Septimo modo dicitur habere uxorem. & de hoc modo dicit aristoteles. quod iste modus est alienissimus. in eo quod est habere propter hoc quod uir habens uxorem etiam habetur ab ea. uinculum enim matrimonij indissolubiliter ligat utrunque. Et dicit quod forte alij modi apparebunt in eo quod est haberi Sz q̄ cōsueuerūt dici pene oēs enumerati sunt.

**Incipit quartus tractatus**

**Propositio** est oratio affirmatiua uel negatiua alicuius & aliquo uel alicui⁹ ab aliquo **Terminus** ē i quē resoluit̄ ppositio ut i subiectū et i predicatum. **Dici de omni** ē quādo nihil ē sumere sub subiecto de quo nō dicat̄ p̄dicatū ut oīs hō currit hic cursus predicat̄ de homīe & nihil ē sumere sub hōie de quo non dicatur cursus **Dici de nullo** ē quando nihil est sumere sub subiecto a quo non remoueat̄ p̄dicatū ut nullus hō currit hic cursus remouet̄ ab omni homīe & nihil est sumere sub homīe a quo non remoueat̄ cursus

**Syllogismus** est oratio in qua quibusdam positis et concessis. necesse est aliud accidere per ea que posita sunt et concessa ut omne animal est substantia.

c iij

2<sup>o</sup>  
3<sup>o</sup> & sic e p̄dicantur

4<sup>o</sup>  
5<sup>o</sup>  
6<sup>o</sup>  
7<sup>o</sup>  
Aristoteles.

Propositioy definitio

Termini que resoluit̄  
Propositio

Dici de omni

Dici de nullo

Syllogismi definitio

Syllogismus constat ex  
in 3 terminis &  
4 ab 2 p<sup>o</sup> bus. quarum  
Prima. Maior dicitur  
Secunda. Minor

1<sup>a</sup> figura  
2<sup>a</sup> figura  
3<sup>a</sup> figura.

Figura e

1<sup>a</sup> figura e

2<sup>a</sup> figura e

3<sup>a</sup> figura. e

Modus. quid  
debita. qualitas  
debita quantitas  
pa. Regula

omnis hō est animal. ergo omnis hō est substantia. hoc totum est oratio in qua quibusdam positis scilicet duabus premissis necesse est aliud accidere scilicet conclusionem. Omnis autem syllogismus constat ex tribus terminis et duabus propositionibus. quarum propositionum prima vocatur maior secunda minor. Ex tribus autem terminis non possunt fieri due propositiones nisi alter illorum terminorum sumatur bis et tunc ille terminus bis sumitur. Aut subicitur in una et predicatur in alia et sic est prima figura. Aut predicatur in utraque. et sic est secunda figura. Aut subicitur in utraque et sic est tertia figura. Horum autem terminorum alter vocatur medium: alter maior extremitas alter vero minor extremitas. Medium est terminus bis sumptus ante conclusionem. Maior extremitas est terminus sumptus in maiori propositione cum medio. Minor extremitas est terminus sumptus in minore propositione cum medio.

**A**d syllogismum autem exiguntur modus et figura. Figura est ordinatio trium terminorum secundum subiectionem et predicationem. Nec autem ordinatio fit tribus modis ut dictum est prius. Et secundum hoc tres sunt figure. Prima figura est. quando medium subicitur in una propositione et predicatur in alia. ut omne animal est substantia. omnis homo est animal. ergo omnis homo est substantia. Secunda figura est quando medium predicatur in utraque. ut omnis homo est animal: nullus lapis est animal. ergo nullus lapis est homo. Tertia figura est quando medium subicitur in utraque. ut omnis homo est animal. omnis homo est substantia. ergo quedam substantia est animal. Unde versus. Prima prius subicit medium post predicat ipsam. Altera bis dicit tertia bis subicit. Sub pre prima bis pre secunda tertia sub bis. Modus est ordinatio duarum propositionum in debita qualitate et quantitate. Debita qualitas est quod si una est negativa reliqua erit affirmativa. Debita quantitas est quod si una est particularis reliqua erit universalis. Unde tales dantur regule universales ad quamlibet figuram. Ex puris particularibus

Indiffinitis et singularibus nihil sequitur unde oportet alteram  
 premissarum esse uniuersalem. Item ex puris negatiuis nihil sequi-  
 tur unde oportet alteram premissarum esse affirmatiuam. Item  
 si aliqua premissarum fuerit particularis conclusio erit par-  
 ticularis et non contra. Item si aliqua premissarum fuerit nega-  
 tiua conclusio erit negatiua. Item medium nunquam debet poni  
 in conclusione. Unde partibus ex puris nil sequitur siue ne-  
 gatis. Si qua preit partis: sequitur conclusio partis. Si qua  
 negata preit. conclusio sitque negata. Lex generalis erit me-  
 dium concludere nescit.

**P**rima figura noue hz modos. Primi quatuor modi  
 concludunt directe. reliqui uero quique concludunt indi-  
 recte. Directe concluduntur est maiore extremitate predi-  
 cari de minori in conclusione. Indirecte concludere est minore ex-  
 tremitate predicari de maiori in conclusione. Nota duas regu-  
 las. quarum prima tantum conuenit primae figure quo ad quatuor pri-  
 mos. et secunde quo ad omnes. Secunda etiam conuenit tantum primae fi-  
 gure quo ad eius quatuor primos modos et tertie figure quo ad  
 omnes. Prima regula talis est: minore existente negatiua nihil sequitur.  
 Secunda regula est: maiore existente particulari nihil sequitur.  
 Barbara primus modus. constat ex duabus uniuersalibus  
 affirmatiuis. uniuersalem affirmatiuam directe concludenti-  
 bus. ut omne animal est substantia. omnis homo est animal. ergo omnis  
 homo est substantia. Celarent secundus modus constat ex maiore  
 uniuersali negatiua et minore uniuersali affirmatiua. uniuersalem  
 negatiuam directe concludentibus. ut nullum animal est la-  
 pis. omnis homo est animal. ergo nullus homo est lapis. Darii tertius  
 modus: constat ex maiore uniuersali affirmatiua. et minore  
 particulari affirmatiua. particularem affirmatiuam directe con-  
 cludentibus. ut omne animal est substantia. quidam homo est animal.  
 ergo quidam homo est substantia. Ferio quartus modus  
 constat ex maiore uniuersali negatiua et minore particulari

c. iiii

2<sup>a</sup> negta  
 3<sup>a</sup> negta  
 4<sup>a</sup> negta  
 5<sup>a</sup> negta

9. modi 1<sup>a</sup> figura  
 1<sup>o</sup> primus directe  
 2<sup>o</sup> reliqui indirecte  
 1<sup>o</sup> negta  
 2<sup>a</sup> Regula

1 Barbara

2 Celarent

3 Darii

4 Ferio



5 Baralipon.

6 celantes

7. Dabitur.

8 Fapesmo

9 Fufesomorp

affirmatiua. particularem negatiuam directe concludentib<sup>9</sup>  
ut nullum animal est lapis. quidam homo est animal ergo q  
dam homo nō est lapis Baralipon quintus modus: constat  
ex duabus uniuersalibus affirmatiuis. particulare affirmati  
uam indirecte concludentibus ut omne animal ē substantia  
omnis homo est animal. ergo quedā substantia est homo Et  
reducitur ad primum modum prime figure per conuersio  
nem conclusionis per accidens. Celantes sextus modus con  
stat ex maiore uniuersali negatiua et minore uniuersali affir  
matiua. uniuersale negatiua indirecte cōcludentibus. ut nulluz  
animal ē lapis. omnis homo est animal. ergo nullus lapis ē ho  
mo. Et reducitur ad scdm modū prime figure conclusionē  
conuersa simpliciter Dabitur. septimus mod<sup>9</sup> cōstat ex maiorē  
uniuersali affirmatiua et minore particulari affirmatiua. parti  
cularem affirmatiua indirecte cōcludentibus. ut oē animal est  
substantia. qdā hō ē aial: ergo qdā substantia ē hō Et reducitur  
ad tertium modū prime figure conclusionē cōuersa simpliciter.  
Fapesmo octau<sup>9</sup> mod<sup>9</sup> cōstat ex maiore uniuersali affirma  
tiua et minore uniuersali negatiua particulare negatiua indirecte  
concludentibus ut omne animal ē substantia nullus lapis est  
aial ergo qdā substantia nō ē lapis Et reducitur ad quartū modū  
prime figure maiorē cōuersa p accidēs et minore simpliciter et p  
transpositionē pmissarū Fufesomorp non<sup>9</sup> mod<sup>9</sup> cōstat ex ma  
iore particulari affirmatiua et minore uniuersali negatiua. particu  
larem negatiuam indirecte cōcludentibus. ut quoddā animal  
est substantia. nullus lapis ē animal. ergo quedā substantia nō  
est lapis: Et reducitur iste mod<sup>9</sup> ad quartū modum prime  
figure maiorē et minore cōuersis simpliciter. et per transpo  
sitionem pmissarum. Unde omnes cōuersiones per quas  
alij modi reducuntur ad quatuor primos modos prime figur.  
sciuntur p hos uersus Simpliciter uerti uult s. p uero p ac  
ci. Nō uult transponi. c per impossibile duct.

**S**equitur de secunda figura cuius tales dantur regule. In secunda figura maiore existente particulari nihil sequitur. In secunda figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. In secunda figura specialiter concluditur negatiue. Secunda figura quatuor habet modos. Cesare primus modus constat ex maiore uniuersali negatiua et minore uniuersali affirmatiua: uniuersale negatiua directe concludentibus: ut nullus lapis est animal. omnis homo est animal. ergo nullus homo est lapis. Et reductitur iste modus ad secundum modum prime figure maiore conuersa simpliciter. Camestres secundus modus. constat ex maiore uniuersali affirmatiua et minore uniuersali negatiua uniuersale negatiua directe concludentibus ut omnis homo est animal. nullus lapis est animal. ergo nullus lapis est homo. Et reductitur iste modus ad secundum modum prime figure minore et conuersione conuersis simpliciter. et per transpositionem premissarum. Festino tertius modus constat ex maiore uniuersali negatiua et minore particulari affirmatiua. particularem negatiua directe concludentibus ut nullus lapis est animal. quidam homo est animal. ergo quidam homo non est lapis. Et reductitur iste modus ad quartum modum prime figure maiore conuersa simpliciter. Baroco quartus modus constat ex maiore uniuersali affirmatiua. et minore particulari negatiua. particularem negatiua directe concludentibus ut omnis homo est animal. quidam lapis non est animal: ergo quidam lapis non est homo. Et reductitur ad primum modum prime figure per impossibile. Reducere autem per impossibile. est ex opposito conclusionis cum altera premissarum. inferre oppositum alterius premissae. Sumatur enim oppositum conclusionis scilicet omnis lapis est homo. cum maiore huius quarti scilicet cum ista. omnis homo est animal. sic arguetur. omnis homo est animal. omnis lapis est homo. ergo omnis lapis est animal.

2<sup>a</sup> figura.

4<sup>or</sup> modi 2<sup>a</sup> figuram

1. Cesare

2. Camestres

3. Festino

4. Baroco

3<sup>a</sup> figura h<sup>a</sup>  
6<sup>x</sup> modos.

1. Darapti

2. Felapton

3. Disamis

4. Darisi

5. Bocardo

**S**equitur de tertia figura cuius tales dantur regu-  
le In tertia figura minore existente negativa ni-  
hil sequitur. Itē in tertia figura cōclusio debet esse  
particularis Tertia figura sex habet modos Darapti primus  
modus constat ex uniuersali affirmatiua maiori et uniuersali  
affirmatiua minori particularē affirmatiuā p̄cludentibus dire-  
cte ut oīs hō est substantia omnis homo est animal. ergo quod-  
dam animal est substantia Et reducitur ad tertium modum  
prime figure minore conuersa p̄ accidens Felapton secund<sup>o</sup>  
modus. cōstat ex uniuersali negativa maiore et uniuersali af-  
firmatiua minore. particularem negativam directe cōcludenti-  
bus. ut nullus hō est lapis omnis hō est animal ergo quod-  
dā animal non est lapis. Et reducitur ad quartū modum pri-  
me figure. minore cōuersa per accidens. Disamis terti<sup>o</sup> mo-  
dus cōstat ex particulari affirmatiua maiori et uniuersali affir-  
matiua minori particularem affirmatiuam directe concludē-  
tibus ut quidam hō est substantia. omnis hō est animal. ergo  
quoddam animal est substantia Et reducitur ad tertium modū  
prime figure maiore et minore conuersis simpliciter et per  
transpositionem premissarum Darisi quartus modus cōstat  
ex uniuersali affirmatiua maiori et particulari affirmatiua  
minori. particularem affirmatiuam directe concludentibus.  
ut omnis homo est substantia quidam homo est animal. ergo  
quoddam animal est substantia Et reducitur iste modus ad  
tertium modum prime figure minore conuersa simpliciter  
Bocardo quintus modus. constat ex maiore particulari ne-  
gatiua et minore uniuersali affirmatiua particularem nega-  
tiuam directe concludentibus ut quidam homo non est la-  
pis. omnis homo est animal. ergo quoddam animal non est  
lapis Et reducitur ad primum modum prime figure per  
impossibile. Sumatur enim oppositum contradictorium cō-  
clusionis cum a.tera premissarum et inferatur oppositum

alterius premiffi: ut omne animal est lapis. omnis homo est  
animal. ergo omnis homo est lapis. hec conclusio facta p̄ im  
possibile in p̄io modo prime figure cōtradicit maiori p̄uer  
tenti quīti modi tertie figure Ferison sextus modus. cōstat  
ex maiori uniuersali negatiua et minore particulari affirma  
tiua p̄icularē negatiuā directe p̄cludentib⁹. ut null⁹ hō ē la  
pis. qdā hō est animal. ergo quoddā animal nō est lapis. Et  
reducit ad q̄rtū modū p̄ie figure mīore p̄uerfa simpliciter.

**S**yllogismoꝝ cōcludentiū particularē negatiuam  
tales dantur regule Nullus syllogismus cōcludēs  
p̄icularē negatiuā indirecte potest eam p̄clude  
re directe Et cōcludens directe nō potest concludere indire  
cte Item p̄ia figura cōcludit oīa genera p̄positionū scilicet  
uniuersalē p̄icularē. affirmatiuā et negatiuā Secūda figura  
cōcludit p̄icularē negatiuā et uniuersalē negatiuā Tertia p̄  
cludit p̄icularē affirmatiuā et negatiuā. Unde uersus.

Prima genus claudit problematis omne figura.

Sitq; negatiue conclusio quoq; secunde.

Tertia concludit tantummodo particulare.

Barbara celarent darij ferio baralipon.

Celantes dabitis sapelino frisesomorum.

Cesare camestres festino baroco darapti

Felapton disamis datifi bocardo ferison

In his q̄tuō vsib⁹ p̄dictis sūt decē ⁊ nouē dictōes decē ⁊  
nouē mōis deseruiētes ita q; p̄ primā dictionē intelligit p̄ias  
mod⁹ p̄ie figure. et p̄ scdaz secūsus modus ⁊c. Vñ primi  
duo uersus deseruiūt oībus mōis p̄ie figure. Tertius uero  
uersus p̄ter ultimā ei⁹ dictionē deseruit mōis scdē figure. ita  
q; p̄ia dictio deseruit p̄io mō et scda scdo mō et sic de alijs  
Vñia v̄o dictio tertij uers⁹ cū alijs dictōibus q̄rti uersus de  
seruit modis tertie figurē Sciendū q; p̄ has uocales scz a. e. i  
et o. intelligit̄ quatuor genera. p̄p̄nū ita q; p̄ h̄ac uocalē a i

*6 Ferison*

*Plures regule syllogismoꝝ*

*No*

*Nota ordinem regno  
sandi modoy figuray*

*p. A e i o  
intelliguntur in  
Gmā p̄o postioꝝ*

*A. uniuersal affirm<sup>ua</sup>*  
*E. uniuersal nega<sup>ua</sup>*  
*I. Particular affirm<sup>ua</sup>*  
*O. Particular nega<sup>ua</sup>*  
*3. 3 syllabe necessar<sup>ie</sup>*  
*p 1<sup>az</sup>. Maior*  
*p 2<sup>az</sup>. Minor*  
*p 3<sup>az</sup>. conclusio*  
  
*B. C. D. F*  
*B. ad 1<sup>m</sup> p<sup>e</sup> figur<sup>m</sup>*  
*C. ad 2<sup>um</sup>*  
*D. ad 3<sup>uz</sup>*  
*F. ad 4<sup>uz</sup>*  
  
*S. simpliciter*  
*P. p accidens.*  
*Q. p transpositionez*  
*C. p impossibile*

*Aristoteles.*

intelligitur uniuersalis affirmatiua. et p: uniuersalis negatiua  
 et per i. particularis affirmatiua. et per o particularis nega  
 tiua Et in qualibet dictione sunt tres sillabe et aliud residu  
 um est superfluum nisi. m. ut postea patebit Et per primam il  
 larum sillabarum intelligitur maior ppositio et per secundam  
 minor et per tertiam conclusio. Verbi gratia prima dicitio. si  
 licet barbara habet tres sillabas in qualibet harum ponitur  
 A Et per hoc significatur q primus modus prime figure  
 constat ex duabus ppositionibus uniuersalibus affirmatiuis  
 uniuersalem affirmatiuam concludentibus Et ita intelligitur  
 de alijs dictionibus secundum uocales ibi positas.  
 Et sciendum. q quatuor dictiones primi uersus incipiunt ab  
 his consonantibus. b. c. d. et f. et omnes alie dictiones sequen  
 tes Et p hoc intelligendum est q omnes que incipiunt per di  
 ctionem inchoatam a. b. debent reduci ad primum modum pri  
 me figure: Et omnes q incipiunt p dictionem inchoatam a. c. ad  
 secundum Et p d. ad tertium Et p f. ad quartum Itē ubi cunqz  
 ponitur S. in illa dictione significatur q ppositio intellecta  
 per uocales immediate precedentem debet conueri simpli  
 citer Et ppositio intellecta per uocalem immediate prece  
 dentem istam litteram p. debet conueri per accidens Et ubi  
 cunqz ponitur m. ibi debet fieri transpositio in premissis Est  
 enim transpositio in premissis facere de maiore minorem et  
 e conuerso Et ubi cunqz ponitur L. significatur q modus in  
 tellectus per istam dictionem in qua ponitur debet reduci  
 per impossibile Unde uersus Simpliciter uerti uult S. p.  
 uero per acci. Nō uult transponi L. p impossibile duci Ser  
 uat maiorem uariatqz secunda minorem. Tertia maiorem  
 uariat seruatqz minorem.

**S**ed quia aristoteles in prioribus ostendit coniu  
 gationes in quibus non sequitur conclusio ex premis  
 sis esse inutiles per inuentionem terminorum in quib<sup>9</sup>

nō tenet huiusmodi cōiugatio. ideo utilis est iuentio talium terminoz: ubi cūq; igitur fiat inutilis cōiugatio contra regu- las silogismozū prius assignatas Accipiēdi sunt duo termini s. due species cū suo genere ut homo asin<sup>o</sup> aīal. uel duo ter- mini quoz alter de altero p̄dicetur siue cōuertibiliter siue nō. cū extraneo utriusq;. ut hō risibile lapis. ul' hō aīal lapis uel accipiēdi sūt duo termini quoz alter de altero p̄dicetur siue cōuertibiliter siue nō cū supiore ad utrūq;. ut hō risibi- le substātia uel hō aīal substātia Per hāc enī regulā disiu- ctiuā. cuiusq; generi applicetur siue substātie siue quāritati siue alicui alioz. semp inueniuntur termini p̄ quos inutilis cō- iugatio demonstrabit nō tenere et tales terminos appellat aristoteles i priorib<sup>o</sup> terminos in qbus omni z in qbus nulli Et nota. qd inuenire terminos in qbus nō. est acceptis trib<sup>o</sup> terminis facere cōiugationē in qua p̄missa sunt uere z cōclu- sio falsa: manente eadē qualitate et quantitate p̄positionuz. uerbi grā hec ē inutilis cōiugatio. nullus hō est asinus. null<sup>o</sup> lapis est homo ergo nullus lapis est asinus Et isti sunt ter- mini in qbus omni Cōtra hanc inutilē cōiugationē accipiun- tur termini in qbus nō. p̄ scdm mēbzū regule. homo. risibile: asin<sup>o</sup> z arguit sic nullus asinus est hō. nullū risibile ē asinus ergo nullū risibile ē hō. ecce p̄missa sūt uere et cōclusio est fal- sa: seruata eadē q̄litate et quantitate p̄positionum in utraq; cōiugatione. et utrobiz manente eadem figura.

**Incipit quī<sup>o</sup> tractatus**

Alio dicit multis modis Priō mō ratio idē ē qd diffinitio ul' descriptio ut hic Diuoca dicitur quoz nomē cōmune est z rō substātie scōz illud nomē est eadē Secūdo mō est quedā uir- tus sic. Tertio mō idē est qd oīo ostendens aliqd sicut sūt p̄- positiones uel rationes disputantiū Alio mō idem est quod forms materie ut i cultello ferū est materia. dispositio uero

*et conuigatiomb;*

*Termini i qbus omni  
et in qbus nulli*

*Termini i qbus non*

*Ratio dicitur multiplex  
Primo in  
2<sup>o</sup>  
3<sup>o</sup>  
4<sup>o</sup> dicitur in*

5°  
6°  
Argumentū qd  
Conclusio quid  
Questio quid  
Mediū quid  
Argumentatio quid

ur  
Species argumenta  
tionis  
S:logismus  
- Inductio  
Enthimema &  
exemplum  
y cos. qd.

idpeta in ferro est forma Alio mō idem est qd essentia cōmu  
nis pdicabilis de plurib⁹ ut essentia generis. speciei uel dif  
ferentie Alio mō idem est quod mediū inferēs conclusionē.  
et hoc mō sumitur rō in diffinitione argumenti que est talis  
Argumentū est rō rei dubie faciēs fidem. id est medium p  
bans conclusionem Conclusio enī debet confirmari p argu  
mentum Est autē conclusio argumento uel argumētis pbara  
ppositio Sed anteqz pbetur tunc est dubitabilis. et est que  
stio Questio sic diffinitur Questio est dubitabilis ppositio  
Mediū autē est qd habz duo extrema Argumentatio ē ar  
gumentū p orationē explicatio: id est oratio explicās argumē  
tum Differt autē argumentū a medio ⁊ ab argumentatiōe qz  
mediū dicitur eo qd habet duo extrema Argumentum autē  
addit supra mediū uirtutem pbandi cōclusionem Argumen  
tatio dicit totalis oratio cōposita ex pmissis et conclusione  
et in illa manifestatur uirtus argumenti Aliquādo enī tota  
oō potest inferre uniuersalem affirmatiuā Aliqñ nō nisi par  
ticularē affirmatiuā Aliqñ uniuersalē negatiuā. aliqñ particu  
larē negatiuā. et sic manifestatur tota uirtus argumenti cum  
ostendit supra quā cōclusionē potest ipsam argumentū et su  
pra quā non potest. qd qdē fit in argumentatiōe ut supra pa  
ruit Argumentationis quatuor sūt species. scilicet silogism⁹. i  
ductio. enthimema et exemplum Diffinitio autē silogismi dicta  
est prius Inductio est a singularib⁹ sufficienter enumeratis  
ad uniuersale pgressio ut fortes currit. plato currit et sic de  
alijs. ergo omnis hō currit Enthimema est silogism⁹ imper  
fectus. id ē oratio i qua nō oibus pmissis positis inferit fe  
stinata cōclusio. ut omne animal currit. ergo cīs homo currit  
In hac enī argumentatiōe includitur hec ppositio. omnis  
homo est animal. q si poneretur perfectus esset silogismus  
Aristoteles sic diffinit enthimēa Enthimēa est ex ycosib⁹ et si  
gnis ycos idē est qd ppositio pbabil Signū ut hic sumit idē

est q̄ demonstratiua seu necessaria propositio uel pbabilis  
et hoc in inferendo Signū ut hic sumitur dicit necessitatem  
illarionis: ycos autē dicit pbabilitatem ipsius propositiois  
in se. secundum quam pbabilitatem ppositio dicitur esse ue  
ra. Unde licet in enthimemate est tantum una ppositio infe  
rens. et alia illata tamen secundum q̄ inferens propositio ap  
paret omnibus esse uera uel pluribus. sic dicitur ycos. quia  
sic iam esset pbabilis. ut quilibet diligit diligentem se secun  
dum autē q̄ ipsa infert cōclusionem de necessitate. sic est si  
gnum. et sic eadem propositio est ycos et signum secundum  
aliud et aliud Si quis obiciat q̄ enthimema debeat sic diffi  
niri Enthimema est ex ycote et signo cū tantum sit una pro  
positio inferens que est ycos et signum secundū diuersū. Ad  
hoc sic dicendū est. q̄ licet sit una ppositio inferens actu. tū  
habet in se uirtutem duarū propositioū quia habet in se uir  
tutem propriā et illius que subintelligitur. et sic ē una secun  
dum substantiam et due secundum uirtutem. et ideo dicitur  
in plurali numero ex ycotibus et signis. et nō ex ycote et si  
gno Sciendum q̄ omne enthimema debet reduci ad silogis  
mum In enthimemate enim sunt tres termini sicut in silogis  
mo et duo illorum sunt in conclusione et sunt maior extremitas  
et minor extremitas: Alius autem non ponitur in conclu  
sione. et est medium. illarum autem extremitatum altera su  
mitur bis et altera semel. Ex extremitate ergo tantū semel  
sumpta et ex medio fiat una propositio. secundum exigenti  
am modi et figure et sic habetur silogismus. uerbi gratia. in  
hoc enthimemate Omne animal currit. ergo omnis hō currit  
homo et currit sūt due extremitates. et animal est mediū. sed  
illa extremitas scilicet hō: sumpta ē tantū semel ex ipsa ergo  
et medio fiet una ppositio: scilicet oīs homo ē animal et tūc  
erit pfectus silogismus. sic omne animal currit. omnis hō est ani  
mal. ergo omnis homo currit Exemplum est quando unum

*Nota*

*enthimema. qd  
ycos.  
Signum.*

*exemplum. qd*



particulare probatur per aliud . propter aliquod simile re-  
pertum in ipsis ut leodienses pugnare cōtra tongrenses ma-  
lum est. ergo meclinienses pugnare contra louanienses ma-  
lum est. quia utrobique est pugnare affines contra affines.

*Locus. quid sit βδ  
Dyalothicos.*

*Propositio. Questio &  
conclusio secundum  
substantia ita sunt  
sz differunt ratione*

*Enunciatio. quid*

*Locus dividitur*

*1 Locum. maximam  
2 Locum. diff. max*

*Locus max*

*Locus diff. max*

**L**Argumentum autem per locum confirmatur ideo  
danda est definitio loci prout locus hic sumitur  
locus est sedes argumenti: uel id a quo ad propo-  
sitam questionem conueniens trahitur argumentum . Quid  
autem sit questio dictum est Et sciendum q̄ propositio. que-  
stio. conclusio secundum substantiam idem sunt: differunt au-  
tem secundum rationes. diuersas enim habent rationes siue dif-  
finitiones. ut prius patuit secundum enim q̄ dubitabilis est  
ē questio: prout uero iam idem probatum est per argumentū.  
est conclusio: prout ponitur p̄ alio in p̄missis est propositio  
quia propositio dicitur secundum q̄ est in p̄missis ad proban-  
dum conclusionem Enunciatio autē est secundum q̄ significat  
esse uel nō esse. ut sortes currit: sortes non currit habito de  
diffinitione loci. sequitur diuisio ipsius loci. locus autē diui-  
ditur in locum maximam et in locū differentiam maxime . lo-  
cus maxima idē est qd̄ maxima Et maxima est propositio qua  
nō est altera prior neq̄ notior. ut omne totum maius ē sua  
parte. Itē de quocūq̄ predicatur definitio et diffinitum. et  
de quocūq̄ predicatur species de eodez predicatur genus  
locus differentia maxime est illud. quo una maxima differe-  
t ab alia. ut iste maxime. de quocūq̄ predicatur species et ge-  
nus. et de quocūq̄ predicatur definitio et diffinitum . diffe-  
runt per terminos ex quibus cōponuntur. una enim compo-  
nitur ex genere et specie Altera ex diffinitione et diffinito  
unde isti termini simplices dicuntur differentie maxime Et  
sciendū q̄ tam locus maxima q̄ locus differentia maxime  
dicitur locus quia utriq̄ confert firmitatem et robur argu-  
mento. Unde proportionabiliter sumitur hic locus ad locū in

rebus naturalibus quia sicut ille seruat res in esse: sic simili-  
 ter hic locus confirmat argumentum. Item locus differentia  
 maxime diuiditur per locum intrinsecum, extrinsecum, & me-  
 dium. locus intrinsecus est quando sumitur argumentum ab  
 his que sunt de substantia rei ut in diffinitione. ut si dicatur.  
 animal rationale mortale currit: ergo homo currit Locus ex-  
 trinsecus est quando sumitur argumentum ab his que omnino  
 separata sunt a substantia rei. ut ab oppositis. ut si queratur  
 utrum sortes est albus & probetur sortes non est niger. ergo  
 sortes est albus Locus medius est quando sumitur argumen-  
 tum ab his que partim conueniunt cum terminis in questione  
 positus. & partim differunt ab eis. sicut uniuoca & denotatiua que  
 dicuntur coniugata ut si queratur utrum iusticia sit bona & probetur  
 sic iustum est bonum. ergo iusticia est bona Item locus intrin-  
 secus diuiditur per locum a substantia. & per locum conueni-  
 entibus substantiam Locus a substantia est quando sumitur ar-  
 gumentum ab his que sunt de substantia terminorum in questio-  
 ne positorum. Et ille locus diuiditur per locum a diffinitione  
 a descriptione. et a nominis interpretatione Diffinitio est ora-  
 tio indicans quid est esse rei per essentialia Locus a diffinitio-  
 ne est habitudo diffinitionis ad diffinitum. & continet quatuor  
 argumenta et quatuor maximas. Primo subiungendo diffini-  
 tionem affirmatiue. ut animal rationale currit ergo homo currit. lo-  
 cus a diffinitione maxima quequid predicatur de diffinitione  
 & de diffinito. Secundo predicando diffinitionem affirmatiue ut  
 sortes est animal rationale mortale. ergo sortes est homo Locus  
 a diffinitione maxima de quocumque predicatur diffinitio  
 et diffinitum. Tertio subiungendo diffinitionem negatiue ut ani-  
 mal rationale mortale non currit. ergo homo non currit. Locus  
 a diffinitione maxima. quequid remouetur de diffinitione.  
 etiam remouetur de diffinito. Quarto predicando diffinitionem  
 negatiue. ut lapis non est animal rationale mortale. ergo lapis non

d j

Locus differentia maxime diuisus  
 per locum intrinsecum: extrinsecum  
 medium

Locus intrinsecus

Locus extrinsecus

Locus medius

Locus a substantia  
 a diffinitione descriptione &  
 a nominis interpretatione

Diffinitio est

Locus a diffinito quid  
 et quod in arg. & quod maxime

Primo

2°

3°

4°

Locus a diffinitio  
tot arg<sup>a</sup> & max<sup>as</sup>: quot  
Locus a diffinitione

Primo

2<sup>o</sup>

3<sup>o</sup>

4<sup>o</sup>

Loci denominatio

Descriptio quid

Locus a descriptione  
tot arg<sup>a</sup> ut supra. Inmutatis  
mutandis

Interpretatio sup<sup>x</sup>

Interpretatio diffinitio

est hō Locus a diffinitione Maxima A quocūq; remouet diffinitio et diffinitus. Eōuerio locus a diffinito continet tot argumenta et tot maximas: sicut locus a diffinitione. Primo subiciendo diffinitum affirmatiue ut homo currit. ergo animal rationale mortale currit. Locus a diffinito: Maxima. qe quid pdicatur de diffinito. et etiam de diffinitione. Secōdo predicando diffinitum affirmatiue. ut sortes est hō: ergo sortes ē aīal rōnale mortale. Locus a diffinito Maxia De quocūq; predicatur diffinitū et diffinitio Tertio subiciendo diffinitū negatiue. ut homo nō currit. ergo animal rōnale mortale nō currit Locus a diffinito Maxima. Quicquid remouetur de diffinito et etiam de diffinitione Quarto predicando diffinitum negatiue. ut lapis non est homo. ergo lapis non est animal rationale mortale. Locus a diffinito Maxima A quocū que remouetur diffinitum et etiam diffinitio Et scienduz q locus semp dēt denominari a termino inferente: et nō ab illato ut quando diffinitio ē inferens ē locus a diffinitione quando uero diffinitū ē inferens ē locus a diffinito.

**D**escriptio ē oīo significās eē rei per accidentalīa ut aīal risibile. ē descriptio hōinis. uel sic Descriptio est oīo cōstans ex genē et proprio. ut animal risibile. Locus a descriptione: est habitudo descriptionis ad descriptum et continet quatuor argumenta et quoz maxias sicut locus a diffinitione. et formātur hic eodē mō argumēta et maxime sicut ibi. nisi q ibi ponitur diffinitio et diffinitum hic uero descriptio et descriptū Interpretatio est duplex. quedā enī est que non conuertitur cuz interpretato suo. ut ledens pedē. ē interpretatio huius noīs lapis. Alia est que conuertit cū interpretato suo. ut amator sapientie. est interpretatio huius noīs philosophus. et hoc mō sumitur hic et diffinitur sic. Interpretatio ē expositio unī nominis minus notū: p aliud nomen magis notū. uel p integrā oīonem Locus a nominis

interpretatione est habitudo. interpretationis ad interpreta-  
 tum. et continet tot argumenta et tot maximas sicut locus a  
 diffinitione. Primo subiciendo interpretationem affirmatiue.  
 ut amator sapientie currit. ergo philosophus currit locus a  
 nominis interpretatione. maxima. quicquid predicatur de in-  
 terpretatione et de interpretato. uel sic a parte predicati ut  
 sortes est amator sapientie. ergo est philosophus. locus a no-  
 minis interpretatione. maxima. de quocunque predicatur in-  
 terpretatio et interpretatum. Negatiue sic a parte subiecti. ut ama-  
 tor sapientie non currit. ergo philosophus non currit. Locus a  
 nominis interpretatione. maxima. Quicquid remouetur ab interpre-  
 tatione et etiam ab interpretato. A parte predicati sic sortes  
 non est amator sapientie. ergo non est philosophus. Locus ab  
 interpretatione maxima. A quocunque remouetur interpre-  
 tatio et etiam interpretatum. Et eodem modo intelligitur de  
 interpretato sicut de diffinito.

**S**equitur de locis a concomitantibus substantiam qui  
 sunt quando sumitur argumentum ab his qui consequuntur  
 terminos in questione positos. Et diuiditur quod aliter est  
 locus a toto alius a parte alius a causa alius ab effectu alius  
 a generatione alius a corruptione alius ab usibus alius a com-  
 munitate accidentibus. Locus a toto diuiditur sicut ipsum to-  
 tum. Est enim quoddam totum uniuersale. aliud integrale.  
 aliud totum in quantitate. aliud totum in modo. aliud totum in lo-  
 co. aliud totum in tempore. Et secundum hoc multiplex est lo-  
 cus a toto. quod alius est locus a toto uniuersali alius a toto inte-  
 grali. et sic de alijs et similiter diuiditur locus a parte. Totum  
 uniuersale ut hic sumitur. est quodlibet superius et substan-  
 tiale sumptum ad suum inferius in linea predicamentali. ut  
 animal ad hominem et homo ad sortem. Pars subiectiua dicitur  
 quodlibet inferius sub toto uniuersali sumptum. locus a toto  
 uniuersali siue a genere est habitudo ipsius totius uniuersalis  
 d ij

Locus a nominis interpretatione  
 tot argumenta et maximas  
 Locus a diffinitione

Primo.

2°

3°

4°

et

Loci a concomitantibus Substantiam  
 diuiduntur

per locum a toto. a parte  
 a causa. ab effectu. a generatione  
 a corruptione. ab usibus a  
 communitate accidentibus  
 Locus a toto diuiditur sicut  
 ipsum totum.

Pars subiectiua

Loc) a spe totz  
2. arg<sup>to</sup> 2. max<sup>as</sup>  
p<sup>o</sup>

2<sup>o</sup>

Totum integrale

Loc) a toto integrali

Loc) a parte integrali

Totum in quantitate

Pars in quantitate

Loc) a toto in quantitate

ad sua parte subiectiuā siue ad suam specie z ē semp destruc  
tius predicando totū ut lapis non est animal ergo lapis nō  
ē homo *Maxima* A quocūque remouetur genus siue totū  
uniuersale ab eodem remouetur species siue pars subiecti  
ua Locus a specie siue a parte subiectiuā ē habitudo ipsius  
ad genus siue ad suum totum uniuersale z est semper con  
structiuus: z cōtinet duo argumenta z duas maximas Pri  
mo subiciendo speciem affirmatiue ut homo currit. ergo ani  
mal currit locus a specie siue a parte subiectiuā *Maxima*  
Quicquid predicat de specie siue pte subiectiuā hoc etiam  
predicatur de genere siue de toto uniuersali Secūdo predi  
cando specie affirmatiue. ut sortes ē homo. ergo sortes ē ani  
mal *Maxima* De quocūque predicatur species siue pars  
subiectiuā de eodem predicatur genus siue totū uniuersale  
Totum integrale ē qd est cōpositum ex partibus habentibus  
quantitatem. z pars eius dicitur pars integralis. Pars inte  
gralis est que cum aliis partibus constituit totū. Locus a to  
to integrali est habitudo totius integralis ad suam partem.  
z est constructiuus semper: ut domus ē ergo paries est Lo  
cus a toto integrali. *Maxima* Posito toto integrali. ponitur  
z quelibet ei<sup>o</sup> ps. Locus a parte integrali ē habitudo ipsi<sup>o</sup> ad  
suū totū. z ē semper destruciuus ut paries nō ē ergo dom<sup>o</sup>  
nō ē Loc<sup>o</sup> a parte integrali *Maxima* Destruca parte integrali  
destruitur z suum totum Totū in quantitate est uniuersale  
sumptum uniuersaliter. ut omnis homo nullus homo. Pars  
in quantitate est quodlibet inferius contentum sub illo toto  
uniuersali uniuersaliter sumpto Locus a toto in quantitate  
ē habitudo ipsius ad suaz partem z est constructiuus et des  
tructiu<sup>o</sup> Cōstructiue sic. omnis hō currit. ergo sortes currit  
Locus a toto in quantitate. *Maxima* Quicquid predicatur  
de toto in quantitate z etiam de qualibet eius parte. uel sic  
si uniuersalis est uera. quelibet eius particularis erit uera

Destructiue sic. nullus hō currit. ergo sortes nō currit. *Maxima*. Quicquid remouetur a toto in quantitate & a qualibz eius parte uel sic si uniuersalis est falsa. quilibet eius partialis erit falsa. Locus a partibus in quantitate. est habitudo omnium partium ī quantitate simul sumptarum ad suuz totum. & tenet cōstructiue & destructiue. Constructiue sic. ut sortes currit. plato currit. & sic de alijs. ergo oīs homo currit. Locus a partibus in quantitate. *Maxima*. Quicquid predicatur de partibus ī quantitate simul sumptis. & dō suo toto destructiue sic. Sortes non currit. plato non currit. et sic de alijs. ergo nullus homo currit. *Maxima*. Quicquid remouetur a partibus in quantitate simul sumptis & ab eius toto. Del si quilibet singularis non est uera. sua uniuersalis non erit uera. Totum in modo. est uniuersale sumptuz sine determinatione ut homo. Pars in modo. est uniuersale sumptum cū determinatione nō diminuentē. ut homo albus. Et eodē mō sumitur argumētum ī hoc loco sicut ī loco a genere ad speciem. Totum in loco ē dictio cōprehēdēs omnem locuz aduerbialiter. ut ubiqz nūq̄. Pars in loco ē dictio cōprehēdens aliquem locū aduerbialiter ut ibi hic. Locus a toto in loco est habitudo ipsius ad suam partē et tenet constructiue & destructiue. Constructiue sic. deus est ubique ergo deus est hic. *Maxima*. Quicunque competit totum in loco. & quilibet eius pars: destructiue sic. cesar est nūq̄. ergo non est hic. *Maxima*. Quicquid remouetur a toto ī loco & a qualibet eius parte. Locus a parte in loco est habitudo ipsius ad suum totū & est semp destructiuus. ut cesar non ē hic. ergo non est ubiqz. Locus a parte in loco. *Maxima*. Quicunque nō cōpetit pars in loco. nec eius totum. Totum in tempore est dictio cōprehēdēs omne tēpus aduerbialiter ut semper nūq̄. Pars in tempore est dictio cōprehēdēs aliquod tēpus aduerbialiter: ut nunc heri. cras. *Exempla autem su*  
d iij

*Locus a partibus in q̄to*

*Totum in modo*

*Pars in modo*

*Totum in loco*

*Pars in loco*

*Locus a toto in loco*

*Locus a parte in loco*

*Totum in tēpore*

*Pars in tēpore*

mantur hic sicut a toto in loco.

**C**ausa est ad cuius esse sequitur aliud secundum naturam. Et dividitur in causam materialem formalem, efficientem et finalem. Causa efficiens est a qua primo fit motus ad hoc quod fiat aliquid ut domifactor est primo movens et operans ut fiat domus et faber, ut fiat cultellus. Locus a causa efficiente est habitudo ipsius cause efficientis ad suum effectum, et est constructivus et destructivus. Constructive sic: domifactor est bonus, ergo domus est bona. Locus a causa efficiente maxima. Si causa efficiens est bona ipsum quod fit bonus est. Destructive sic: domifactor non est bonus ergo domus non est bona. Locus a causa efficiente minima. Cuius causa efficiens non est bona, ipsum quod fit non est bonus, et e converso tenet locus ab effectu ad causas efficientes. Materia est ex qua cum alio aliquid fit, et est duplex. Quaedam enim est permanens et quedam est transiens. Permanens ut in cultello ferrum. Transiens ut in pane farina et aqua. Et diffinitur sic etiam materia. Materia est que tantum est ens in potentia, locus a causa materiali, est habitudo ipsius ad suum effectum, et est constructivus et destructivus. Constructive sic, ferrum est, ergo arma ferrea possunt esse. Materia maxima. Posita causa materiali possibile est eius effectum poni. Destructive sic, ferrum non est, ergo arma ferrea non possunt esse. Locus a causa materiali maxima. Remota causa materiali permanente tantum removeatur et eius effectus: locus ab effectu cause materialis tenet constructive sic: arma ferrea sunt ergo ferrum est, locus ab effectu cause materialis permanentis maxima. Posito effectu cause materialis permanentis ponitur eius causa, locus ab effectu cause materialis transiens tenet constructive, ut vitram vel panis est, ergo silix vel farina fuit, materia enim transiens non manet sed transiuntur in aliam materiam. Locus ab effectu cause materialis transiens minima. Posito effectu ma-

*Causa dividitur in  
materialem  
formalem  
efficientem &  
finalem*

*Locus a causa efficiente*

*Materia permanens &  
transiens.  
Materia deficit.*

*Locus a causa materiali  
maxima*

*Locus ab effectu cause transiens*

terre transeuntis necesse est ipsam materiam prefuisse Forma  
 est que dat esse rei et conseruat eam in esse. locus a causa formali est  
 habitudo ipsius cause formalis ad suum effectum. et 13 construc  
 tiue et destructiue. Constructiue sic albedo est. ergo album est.  
 locus a causa formali Maxima Posita causa formali. ponit  
 et eius effectus Destructiue sic albedo non est ergo album non  
 est Maxima Remota causa formali: remouetur et eius effec  
 tus. Contra uero est de effectu cause formalis Finis est gra  
 tia cuius aliquid fit. locus a causa finali est habitudo ipsius ad suum  
 effectum. et est constructiuus et destructiuus Constructiue sic  
 beatitudo est bona: ergo uirtus est bona. locus a causa finali Ma  
 xima Cuius finis bonus est ipsum quoque bonum est De  
 structiue sic. pena non est bona. ergo peccatum non est bo  
 num. locus a causa finali Maxima cuius causa mala est. ip  
 sum quoque malum est. Conuerso autem est de loco ab ef  
 fectu cause finalis.

**G**eneratio est progressio a non esse ad esse. locus a ge  
 neratione est habitudo ipsius generationis ad suum ge  
 neratum et est constructiuus et destructiuus Constructi  
 ue arguitur sic Generatio domus est bona. ergo domus est bona.  
 locus a generatione Maxima Cuius generatio bona est ipsius  
 quoque bonum est Destructiue sic generatio latronum est mala  
 ergo latro est malus. locus a generatione Maxima Cuius ge  
 neratio mala est ipsum quoque generatum malum est Con  
 uerso autem est de loco a generato Corruptio est progressio  
 ab esse ad non esse. locus a corruptione est habitudo corrup  
 tionis ad corruptum. et est constructiuus et destructiuus  
 Constructiue arguitur sic. Corruptio antichristi est bona. er  
 go antichristus est malus. locus a corruptioe Maxima Cui  
 us corruptio bona est. ipsum corruptum malum est Destruc  
 tiue sic. corruptio domus est mala ergo domus est bona Maxima  
 Cuius corruptio mala est ipsum quoque bonum est Conuerso de lo

d iiii

*Forme definitio*  
*Locus a causa formali.*

*Finis definitio*  
*Locus a causa finali*

*Generatio quid*  
*Locus a generatione*

*Corruptio. quid*  
*Locus a corruptioe*



usus ut hic quid  
Loc<sup>us</sup> ab usibus

communiter accid<sup>itur</sup> quid  
Nota

Locus a communiter  
accidentibus

Locos extrinsecos  
alios ab oppositis.  
a maiori  
a minori  
a simili  
a proportione  
a transumptione  
a auctoritate

per species oppositorum  
Relatio contra<sup>tas</sup> Privatio &  
Enactio  
Loc<sup>us</sup> a Relativis.

co a corrupto. Usus ut hic sumitur est operatio rei siue exercitium ipsius ut equitare equi. et secare securis. locus ab usibus est habitudo ipsius operationis ad id cuius est operatio siue usus et est constructivus et destructivus Constructivus arguitur sic. equitare est bonum. ergo equus est bonus. locus ab usibus Maxima Cuius usus bonus est ipsum quoque bonum est Destructivus sic occidere hominem malum est ergo occisor est malus locus ab usibus Maxima Cuius usus malus est ipsum quoque usitatum malum est Contra est de loco ab usitato. Communiter accidentia sunt duplicia quedam enim sunt que aliquando se consequuntur et aliquando non. ut coprus et adulter et ab his non sumitur locus dialecticus sed sephisticus Alia sunt quorum unum semper sequitur ad aliud. ut penitere sequitur ad deliquisse et ab his sumitur locus dialecticus Et tenet constructivus et destructivus. Constructivus sic iste penitet ergo deliquit locus a communiter accidentibus Maxima Si communiter accidentium posterius inest et primum inest Destructivus sic. Iste non deliquit ergo non penitet. locus a communiter accidentibus Maxima. Si communiter accidentium prius non inest et posterius non inest.

Sequitur de locis extrinsecis Quid autem sit locus extrinsecus dictum est prius: locorum autem extrinsecorum. alius est ab oppositis: alius a maiori. alius a minori. alius a simili: alius a proportione. alius a transumptione. alius ab auctoritate Item oppositorum quatuor sunt species. scilicet relatio. contrarietas. privatio et contradictio Relativus opposita sunt quorum alterum sine altero non potest esse. locus a relativis est habitudo unius relativorum ad aliud. et est constructivus et destructivus Constructivus sic. pater est. ergo filius est et filius est ergo pater est. locus a relativis Maxima Postremo uno relativorum. necessario ponitur et reliquum Destructivus sic pater non est ergo filius non est et converso Maxima Remoto uno re

lativoyz remouetur et reliquū . locus uero a relative oppo-  
 sitis tenet solū destructiue sic. sortes est pater platonis. ergo  
 non est filius eius. Contrarietas est cōtrariorum oppositio .  
 ut albi et nigri. Contrariorum quedam sunt mediata ut al-  
 bum et nigrum inter que sunt medij celeses. Quedam uero  
 immediata. ut sanū et egrum circa ai. l. locus a cōtrarijs est  
 habitudo unius cōtrariorum ad reliquū et tenet cōstructiue  
 et destructiue Constructiue sic. hoc animal est sanū ergo nō  
 est egrū. locus a cōtrarijs. Maxima. Posito uno cōtrariōrū  
 remouetur et reliquum. Destructiue tenet tantū in contrari-  
 is immediatis cū constantia subiecti. ut hoc animal nō est sa-  
 num ergo ē egram. locus a cōtrarijs immediatis. Maxima  
 Remoto uno cōtrariōrū immediatoz positorum. ponitur re-  
 liquum subiecto manente. Que autē sunt priuatiue opposi-  
 ta dicitū est prius locus a priuatiue oppositis est habitudo  
 priuationis ad habitum uel habit⁹ ad priuationem et tenet  
 constructiue. ut iste est uidēs. ergo nō est cecus uel est cec⁹.  
 ergo nō est uidens. locus a priuatiue oppositis. Maxima  
 Posito uno priuatiue oppositorū circa aliquod subiectū ab  
 eodem remouetur reliquū. Destructiue non tenet nisi cum  
 constantia subiecti et cum tempore determinato a natura  
 Latulus enim non dicitur uidens neq; cecus ante nonum  
 diem. Et puer non dicitur edentulus ante tempus determi-  
 natum a natura. Contradictio est oppositio cuius secunduz  
 se non est dare medium : Locus a contradictorie oppositis  
 est habitudo unius contradictorie oppositorum ad reliquuz  
 ut sortem sedere est uerum . ergo sortem non sedere est fal-  
 sum. Locus a contradictorie oppositis. Maxima. si unū con-  
 tradictoriorum est uerum reliquum erit falsum. Sunt autē  
 alia opposita q̄ dicunt disperata . q̄ nō sunt opposita secun-  
 dum aliqd̄ genus pdicte oppositiōis. sed sūt diuersa. ut hō z  
 asin⁹. Et a talibus sumit̄ hic argumētū. sortes ē homo ergo nō

*contrarietas quid  
 mediata & immediata*

*Locus a contrarijs*

*Locus a priuatiue oppositis*

*contradictio quid*

*Locus a g'nc. oppositis*

*alia opposita disperata*

*Maius quid.*

*Minus quid*

*Locus a maiori*

*Locus a minori*

*Similitudo. quid*

*Locus a simili*

*Proportio. quid*

*Locus a proportione*

est a sim<sup>o</sup> Maxima De quocūq; dicitur unum disparatorū  
abstractiue ab illo eodem remouetur et reliquum. Dicitur  
notanter abstractiue quia si cōcretiue sumeretur tūc non se  
queretur quia nō sequitur. hoc est albedo. ergo nō est quan  
tū sed bene sequitur. hoc est albedo. ergo non est quantitas  
Maius ut hic sumitur. ē qđ supraponit alicui in potentia et  
uirtute Minus ē qđ ei supponit. locus a maiori est habitu  
do ipsius maioris ad minus. et est sp destructiu<sup>o</sup>. ut rex non  
potest expugnare castrum. ergo nec miles. locus a maiori  
Maxima Si id quod magis uidetur in esse non inest. nec id  
quod minus uidet inesse inerit. locus a minori est habitudo  
minoris ad maius. et est semper cōstructiu<sup>o</sup> ut miles potest  
expugnare castrum. ergo et rex. locus a minori Maxima.  
Si id qđ minus uidetur inesse inest. et id qđ magis uidetur  
in esse inerit Similitudo est rerum differentiū eadem quali  
tas. locus a simili est habitudo unius similiū ad reliquū. et te  
net cōstructiue et destructiue Constructiue sic. sicut risibile  
inest hoī. ita hinnibile inest equo. sed risibile inest homini ut  
ppriū ergo hinnibile inest equo ut ppriū. Locus a simili  
Maxima De similib<sup>o</sup> idē est iudiciū. Destructiue sic. sicut  
risibile inest homini. ita hinnibile inest equo: sed risibile non  
inest hoī ut gen<sup>o</sup> ergo nec hinnibile inest equo ut gen<sup>o</sup>. Ma  
xima De similibus idem est iudiciū Proportio est rerū dif  
ferentiū eadem habitudo. locus a pportione ē habitudo uni  
us pportionabiliū ad reliquum. ut sicut se habet rector na  
uis ad nauem. ita se habet rector scolarium ad scolas sed in  
nauī regenda. eligendus est rector non sorte sed arte. ergo  
in scolis regendis. eligendus est rector non sorte sed arte  
Maxima De pportionabilibus idem est iudiciū. differt  
autē iste locus a loco a simili. qz in loco a simili sumitur com  
paratio secundum similitudinem inherente. ut sicut risibile  
inest homini. ita hinnibile inest equo In loco autem a pro

portione nō attenditur similitudo inheretie . sed cōparatio  
habitudinis . ut sicut se habet rector nauis ad nauē . ita se ha  
bet rector scoliarum ad scolas . Trāsumptio est duplex Que  
dam enim est quādo dictio uel oratio unum significās trāsu  
mitur ad significandū aliud propter similitudinē aliquā in  
eis reprimā ut hec dictio ridere transumitur ad significandū  
florere cū dicitur pratū rider . Similiter transumitur cū dici  
tur . litus aratur idest opera perditur sicut solet dici cuz qs  
inuanum laborat . et hec transumptio pertinet ad sophisticū  
Alia ē quādo nomē magis notū sumitur p nomē minus no  
to ut si debeat pbari q̄ philosophus nō inuidet z fiat tran  
sumptio ad hoc nomē sapiēs . et ista trāsumptio p̄ inz ad dya  
leticū . locus a transumptione ē habitudo transumptionis ad  
transumptum . ut sapiens non inuidet ergo p̄ philosophus non  
inuidet **M**axima Quicquid alicui conuenit . sub nomē ma  
gis noto eidem conuenit sub nomine minus noto **D**iffert  
autem iste locus a loco a nominis interpretatione quia in lo  
co a nominis interpretatione accipitur definitio siue expo  
sitiō nominis . ut si exponatur hoc nomen philosophus per  
hoc quod est amator sapientie **I**n loco autē a transumptio  
ne non accipitur expositio siue descriptio nominis sed pro  
uno nomine minus noto accipitur aliud nomen magis notū  
p quod faciliter potest probari propositum **A**uctoritas ut  
hic sumitur est iudicium sapientis in sua scientia **U**nde iste  
locus solet denominari a rei iudicio **L**ocus ab auctoritate  
est habitudo auctoritatis ad illud qd per eam probatur et  
tenet constructiue solum ut astronomus dicit celum esse uo  
lubile . ergo celum est uolubile . **L**ocus ab auctoritate **M**a  
xima **U**niciqz experto in sua scientia credendum est

**S**equitur de locis medijs **Q**uid aut sit locus medi  
us dictū est prius locoꝝ mediōꝝ alius a coniuga  
tis alius a casibus et alius a diuisione **L**ōiugata et

*Transumptio quid .*  
*dup transumptio*  
*par*

*2a*

*Locus a Transumptione*

*par*  
*q̄*

*Auctoritas ut hic quid*

*Locus ab auctoritate*

*Locus mediōꝝ alius*  
*a coniugatis .*  
*a casibus*  
*a diuisione*

conjugata & casibus  
diffiniunt

Aristoteles  
Locus a conjugatis

Locus a casibus

Divisionum. Divisio per se

Prima Divisio per se

2a

3a

Divisio per accidens

2a

2a

3a

Locus a divisione

casus differunt sic quod uniuocum siue principale siue abstractum quod idem est dicitur coniugatum cum suo denominatio. ut iustitia et iustum. albedo et album Casus autem dicuntur ea que cadunt a principali. ut iustum et iuste a iustitia Et differentiam hanc assignat aristoteles in secundo thopicorum. Locus a coniugatis est habitudo unius coniugatorum ad reliquum ut iustitia est bona. ergo iustum est bonum locus a coniugatis Maxima Quicquid conuenit uni coniugatorum. conuenit et reliquo. Et si unum coniugatorum inest. inest et reliquum. locus a casibus est habitudo unius casus ad reliquum. ut iustum est bonum ergo quod iuste fit bene fit. Locus a casibus Maxima Quod uni casui conuenit. conuenit et reliquo. et e conuerso sumitur argumentum a casibus et a coniugatis Divisionum alia fit per negationem. ut fortis est homo. aut non est homo Alia autem non per negationem. et hec fit sex modis. tribus per se. et tribus per accidens Prima diuisio per se est generis in species. ut animalium. aliud homo aliud brutum Secunda est totius integralis in suas partes ut domus. alia pars est paries. alia tectum. alia fundamentum Tertia uero est uocis in significatione. ut canis. alius latrabilis. alius piscis marinus. alius si dus celeste Diuisionum uero per accidens Prima est subiecti in accidentia. ut animalium. aliud sanum. aliud egrum Secunda diuisio est accidentis in subiecta ut sanorum. aliud brutum aliud homo Tertia est accidentis in accidentia ut sanorum. aliud calidum. aliud frigidum locus a diuisione. est habitudo unius diuisiuentium ad reliquum ut si fortis est animal. aut est animal rationale aut irrationale. sed non est irrationale. ergo rationale. locus a diuisione. Maxima Posito uno membrorum diuisiuentium in aliquo subiecto remouetur reliquum similiter in qualibet alia diuisione Et hec de locis dicta sufficiant.

Sciendam autē q̄ oēs loci sunt xxi. loc⁹. s. xi. intrinseci vij ex  
trinseci z. iij. medi; z continentur in his uersibus  
Diffi des. inter pars z totū causa fit intra.  
Corrumpens generans usus communiter herens.  
Auctor iudicium maior minor atq;.  
Oppositum transumit proportio fit locus extra.  
Sunt medi; casus diuisio coniuga solum.

Incipit sextus tractatus de fallacis.

Silogismorū. alius demonstratiuus Alius dya  
leticus ali⁹ sophisticus siue litigiosus Silogis  
mus demonstratiuus. est q̄ ex primis ueris et  
immediatis est silogisatus. aut ex talibus q̄ p a  
liqua prima et uera p̄cipiū sue cognitōis sū  
pserunt. Dyaleticus est q̄ ex p̄babilibus est silogisatus So  
phisticus ut diffinit ab aristotele in elentis. est q̄ apparet ef  
se silogismus et nō est: aut qui est silogism⁹. sed nō est cōue  
niens rei Disputatio est act⁹ silogisticus unius ad alterz ad  
aliquid p̄positū ostendendū. Disputatiōis quatuor sunt spe  
cies. doctrinalis dyaletica. tēptatiua z sophistica Disputatio  
doctrinalis. est q̄ silogizat ex p̄p̄iis p̄cipiis uniuscuiusq;  
discipline et nō ex his q̄ uidentur respondenti Et huius dis  
putatiōis istrumentū est silogismus demonstratiu⁹ Disputatio  
dyaletica est. que ex probabilibus silogizat. et est collectiua  
contradictionum Et eius istrumentum est silogismus dya  
leticus. Tēptatiua uero disputatio est que silogizat ex his  
que uidentur respondenti. et necesse est eum scire qui se  
similet habere scientiam. huius autem disputationis instru  
mentum est silogismus tēptatiuus Silogismus tēptati  
uus. est qui procedit ex his que uidentur respondenti Dis  
putatio sophistica est que procedit ex his que uidentur  
probabilia et non sunt Huius autem disputationis instru  
mentum est silogismus sophisticus Silogismus sophisticus

*Muta*

*Silogismus demonstratiuus*

*Dyaleticus*

*Sophisticus*

*Disputatio quid*

*4<sup>or</sup> Species disputationis*

*Doctrinalis dyaletica*

*Tentatiua et Sophistica*

*Doctrinalis*

*Dyaletica*

*Tentatiua*

*Sophistica*

Sillogism) sophistice)

Redargutio

Falsum ut hic

Inopinabile

Solocism) quid

Nugatio

Fallacia quid

Xiv. At fallacie  
sex in dicitōe & septē  
ex

ordinatur ad quinque methas. que sunt: redargutio. falsum inopinabile solocismus et nugatio Redargutio est prenegati concessio uel preconcessi negatio: in eadem disputatione uel argumentationis facta Unde nisi uel argumentationis hoc quis faciat: non propter hoc erit redargutus Similiter nec in diuersis disputationibus Falsum ut hic sumitur est manifeste falsum Nam si sophista ducat respondentem ad falsum occultum. non propter hoc assequitur suum finem Inopinabile est quod est contra opinionem omnium uel plurium uel maxime sapientiam ut matrem non diligere filium. Solocismus est uicium in contextu partium orationis contra regulas artis grammaticae factum ut uir mea Nugatio est unius et eiusdem ex eadem parte inutilis repetitio. ut homo homo currit. dico autem ex eadem parte quia si in diuersis partibus idem repetatur non esset nugatio. ut homo est homo. risibile est risibile. Dico autem inutilis repetitio. quia si idem repetatur ad maiorem expressionem laudis affectio nis. uel uituperij non esset nugatio. ut deus deus meus. latro latro quo uadis. Isti autem quinque fines ulterius ordinantur ad unum finem principalem qui est apparens sapientia et non existens. Sophista autem non ducit ad istos fines suum respondentem. nisi per eos deueniat ad ultimum finem principalem. que est apparens sapientia Et cum qui libet debet premeditari suum finem ideo determinatio finis unum debet precedere determinationem fallaciarum.

**F**allacia est ydoneitas decipiendi faciens credere de ente quod sit non ens: et de non ente quod sit ens. mediante fantastica uisione Fallacie sunt tredecim quarum sex sunt in dictione et septem extra dictionem In dictione sunt equiuocatio. amphibologia. compositio. diuisio. accentus: et figura dictionis Et septem extra dictionem sunt. accidens secundum quid ad simpliciter. ignorantia elenchi. petitio

principij. consequens: nō causa ut causa. secundū plures inter  
rogatiōes ut unam: q̄ autē sint sex in dictione: pbat aristote  
les inductive & silogismo. Inductive sic. Equiuocatio fit ali  
quo istorum sex modorum. Amphibologia fit aliquo istorum  
sex modorum. et sic de alijs. ergo omnis fallacia in dictione  
fit aliquo istorum sex modorum. Silogismo sic. omnis deceptio  
facta ex eo q̄ eisdem dictionibus uel orationibus nō idē si  
gnificam⁹ fit aliquo istorum sex modorum. sed omnis fallacia in di  
ctione fit ex eo q̄ eisdē dictionibus uel orationibus non idē  
significam⁹. ergo omnis fallacia ī dictione fit aliquo istorum  
sex modorum. Iste silogismus est ī priō mō prime figure. Pro  
batio maioris. oīs multiplicitas dictionis fit aliquo istorum  
sex modorum. sed oīs deceptio facta ex eo q̄ eisdē dictio  
nibus uel orationib⁹ nō idē significamus fit ex multiplicita  
te dictionis uel orōnis ergo oīs deceptio facta ex eo q̄ eisdē  
dictionibus uel orōnibus nō idē significamus fit aliquo isto  
rū sex modorum. Et hec fuit maior. Probatio minoris omnis  
multiplicitas dictionis fit ex eo q̄ eisdē dictionibus uel orō  
nibus non idē significamus. sed omnis fallacia ī dictione fit  
ex multiplicitate dictionis uel orōnis. ergo omnis fallacia ī  
dictione. fit ex eo q̄ eisdem dictionibus uel orationibus non  
idem significamus. et hec fuit minor. Et isti duo silogismi  
sunt in primo modo prime figure. Sciendum autem ut uult  
alexander in commento supra librum elencorum triplex  
est multiplex. aliud est enim multiplex actuale. aliud po  
tentiale. et aliud fantasticum. Multiplex actuale est quan  
do dictio uel oratio eadem secundum substantiam et secun  
dum modum proferendi diuersa significat dictio: ut in equi  
uocatione ut canis: oratio ut in amphibologia. ut liber ari  
stotelis. Multiplex potentiale. est quando dictio uel  
oratio eadem secundum substantiam. diuersa tamen se  
cundum modum proferendi. diuersa significat. dictio ut

Aristoteles  
pbatō p̄ inductionē  
p̄ silogismum

Probatio maioris

Probatio minoris

Alexander  
x. multiplex  
iij. multiplex  
actuale

Potentiale



*Fantasticū*

*equuocatio  
Amphibologia*

*Equiuocatio quid*

*In quibus fallaciis dicitur  
Apparentis & defectus  
ca apparentie*

*ca defectus  
vntas.*

i accentu. ut populus cuius prima sillaba potest esse breuis  
uel longa .et secundum hoc diuersa significat oratio . ut in  
compositione uel diuisione . ut quicquid uiuit semper est  
Alium enim habet modum proferendi . prout est diuisa.  
z prout est composita : ut postea patebit De multiplici fan  
tastico uidebitur in fallacia figure dictionis Et quia multi  
plex actuale ueriori modo est multiplex q̄ potentiale: et po  
tentiale q̄ fantasticum. ideo prius dicendum est de fallaciis  
facientibus multiplex actuale q̄ de aliis et postea de poten  
tiali Et ultimo de fantastico. Unde prius dicendū est de eq  
uocatione z amphibologia q̄ de aliis fallaciis i dictione. quia  
in equiuocatione et amphibologia est multiplex actuale. et  
perconsequens eadem dictio uel oratio secundū substantiaz  
et secundū modū pferendi In aliis aut non In istis enī pl<sup>r</sup>  
est de idempritate q̄ in aliis. Item adhuc prius est dicendū  
de equiuocatione q̄ de amphibologia quia equiuocatio fit  
in dictione amphibologia uero in oratiōe . dictio autē prior  
est oratione Sciendū est q̄ fallacia dupliciter sumitur Quā  
doqz enim fallacia idem ē qd̄ causa decipiendi. et quando  
qz idem est quod deceptio facta ex illa causa. Et hoc primo  
modo sumitur hic fallacia.

**E**quiuocatio est multiplicitas dictionis eiusdem  
secundū substantiā z modum pferendi diuersa si  
gnificantis ut in hoc nomine canis Sciendū ē q̄  
in qualibet fallacia est duplex causa . scilicet causa apparen  
tie et causa defectus. Causa apparentie in qualibet fallacia  
est que mouet ad credendū id quod non est credendū. Cau  
sa defectus est que ostendit creditum esse falsum. Causa ap  
parentie i equiuocatione est unitas dictionis eiusdem secun  
dū substantiam et secundū modum pferendi. diuersa signifi  
cantis. Causa defectus siue falsitatis est diuersitas significa  
torum Unitas enim predic ta in equiuocatione mouet ad

credendum quod non est scilicet unitatem significandi. Diver-  
sitas autem ostendit creditum esse falsum: Equivocationis  
tres sunt modi. Sed primo videndum est quid sit fallacia equivo-  
cationis. Unde fallacia equivocationis est deceptio proveniens  
ex eo quod aliqua dictio manens una secundum substantiam et  
secundum modum proferendi diversa significat. Primum autem mo-  
dus provenit ex significatione vel consignificatione dictionis.  
Ex significatione sic paralogizatur. omnis canis currit sidus  
celestis est canis ergo sidus celestis currit. Solutio utraque  
premissarum est duplex quia hoc nomen canis est multiplex  
equivoce significans animal latrabile. sidus celestis et piscem  
marinum et sic minor uno modo est vera. et alio modo falsa.  
et similiter maior. Vel sic. omne expediens est bonum malum  
est expediens. ergo malum est bonum. Solutio expediens dicitur  
equivoce. Uno modo idem est quod bonum. Alio modo idem est  
quod necessarium quod accidit in minus malum. quod oportet  
fieri ad evitandum maius malum. Unde utraque premissa  
est duplex. quia uno modo est vera. alio modo est falsa. Ex  
consignificatione paralogizatur sic. iste pannus est de anglia.  
anglia est terra. ergo iste pannus est terra. Non sequitur quia  
prima est duplex. ex eo quod hec prepositio de potest dicere circu-  
stantiam cause materialis et sic est falsa. Vel potest dicere locum  
et originem et sic est vera. uel sic in quocumque est egritudo ipsius  
est animal: sed in humorum inadequatione est egritudo ergo hu-  
morum inadequatio est animal. Prima est duplex. quia hec prepo-  
sicio in preteritum dicere causam efficientem et sic est falsa. uel causam  
formalem siue subiectum in quo est et sic est vera. Similiter di-  
cendum est de minori. Vel sic proprium est qualitati secun-  
dum eam simile uel dissimile dici. sed secundum similitu-  
dinem dicitur aliquis similis uel dissimilis. ergo similitudo  
uel dissimilitudo sunt qualitates quod falsum est. ymmo sunt  
relationes. Prima est duplex. eo quod hec prepositio secun-

e j

*Diversitas*

*3<sup>o</sup> modi equivocationis*

*Fallacia equo<sup>nis</sup> quid*

*primus modus*

*Solutio dup<sup>x</sup>*

*q*

dum. potest dicere circumstantiam cause efficiētis & sic ē uera  
quia due qualitates eiusdē speciei faciunt unam similitudinē  
& sic qualitas est causa efficiens similitudinis Si autem di  
cat circumstantiam cause formalis sic est falsa quia qualitas  
non est causa formalis similitudinis Et econuerso dicendum  
est de minori Similiter omne sanum est animal:urina ē sana  
ergo urina est animal Vtraque premissarum ē duplex:quia  
sanum dicitur de animali ut de subiecto. & de urina ut de si  
gnante uel iudicante:de cibo et de efficiente:de dicta ut de  
seruante & alio & alio modo sanitas ad hec comparatur & se  
cundum hoc habet diuersas significaciones Ex consigna  
tione sic paralogizatur:quicumque sanabatur sanus est. labo  
rans sanabatur. ergo laborans sanus est. Minor est duplex  
ex eo quod hoc participium laborans. potest dicere p̄sens  
tempus. & sic est uera & tunc ē sensus laborans nunc sanaba  
tur. Si autem dicat preteritum sic est falsa. & sic est sensus la  
borans tunc sanabatur. et econuerso dicendum est de conclu  
sione. Laborans enim equiuocam est ad laborantem nunc.  
et ad laborāre tunc. Eodem modo est hic. Quicumque surge  
bat stat sedens. surgebat. ergo sedens stat. et eodem modo  
respondendum est sicut fuit responsum ad alium paralogis  
mum. Alio modo potest fieri econuerso:quando dictio p̄ te  
neri. materialiter uel consignificatiue sicut hic. deus est ubi  
que. ubique est aduerbium ergo deus est aduerbium Dicē  
dum q̄ prima ē duplex eo q̄ hec dictio ubiqz. potest teneri  
materialiter uel consignificatiue Si materialiter sic est fal  
sa Si consignificatiue sic est uera sed non sequitur conclu  
sio Secundus modus equiuocationis prouenit ex transum  
ptione dictionis Vnde transumptio ut hic sumitur est accep  
tio dictionis significantis unum ex impositione. ad significan  
dum aliud per similitudinem Et secundum istum modum  
sic formatur paralogismus Quicquid ridet habet os. pratus

*ex consignificatiue*

2<sup>o</sup>

*materialiter ut  
consignificatiue*

*Secundus modus equiuo  
cus*

*Transumptio ut hic*

ridet. ergo pratum habet os Prima est duplex: eo quod  
hoc uerbum ridet potest teneri proprie. et ex impositione  
ul' transumptiue Si proprie sic est uera et non sequitur con  
clusio Si transumptiue sic est falsa. et sic sequitur conclusio  
hoc enim uerbum ridere est equiuocum ad ridere et ad flo  
rere. quia ridere significat ex prima impositione risum ab  
ore emittere. Flore enim significat per quandam transum  
ptionem. floere enim et ridere quandam similitudinem ha  
bent quia utrobique denotatur gaudium. et ideo ridere tran  
sumitur ad florere. ut uult Aristoteles ideo sumentes ali  
quam similitudinem transferunt Quicquid currit habet pe  
des: aqua currit ergo aqua habet pedes Utraque premissa  
rum est duplex quia hoc uerbum currit uel tenetur proprie  
uel transumptiue. currere enim et labi assignantur in ueloci  
tate motus secundum quod currit sumitur proprie. sic maior  
est uera. et minor est falsa. si transumptiue tunc est econuer  
so Tertius modus prouenit ex eo quod aliqua dictio plura  
significat composita. separata uero unum solum. ut hec dic  
tio immortale Uno modo dicitur quasi non potens mori Alio  
modo dicitur quasi potens non mori Et secundum hoc sic for  
matur paralogismus omne immortale est perpetuum. sed omne  
potens non mori est immortale ergo omne potens non mori est  
perpetuum Utraque premissarum est duplex cum hoc no  
men immortale sit equiuocum. ut dictum est Item omne  
incorruptibile est perpetuum. sed omne potens non corrup  
pi est incorruptibile. ergo omne potens non corruppi est  
perpetuum. utraque premissarum est duplex. eo quod incor  
ruptibile uno modo idem est quod non potens corruppi  
et sic incorruptibile est perpetuum. et sic maior est uera et  
minor est falsa Alio modo idem est quod potens non corruppi. ut  
primus homo potuit non corruppi. et in hoc sensu maior  
est falsa. et minor uera. Et sic soluendi sunt paralogismi  
c ij

*Proprie ut transumptiue*

*Aristoteles*

*Tertius modus*

*quod*

*Recta solutio quid*

equiuocationis per distinctionem paralogismorum secundum  
equiuocationem ut prius patuit Recta solutio. est manifestatio  
fallaciarum falsi et propter quod est falsus. et hoc contingit duplici  
ter scilicet uel distinguendo uel aliquam premissarum ite-  
rimendo Secundo modo respondendum est ad omnes peccantes in mate-  
ria et ad omnes orationes in utraque peccantes respondendum est  
utroque modo. scilicet distinguendo. et aliquam premissarum ite-  
rimendo non secundum idem sed secundum diuersa.

*Amphibologia quid  
fallacia amphibolice*

**A**mphibologia est multiplicitas orationis eiusdem secundum  
substantiam et secundum modum proferendi diuersa signi-  
ficatis Fallacia autem amphibologie est deceptio pro-  
ueniens ex ideptitate orationis eiusdem secundum substantiam et se-  
cundum modum proferendi diuersa significatis. Causa apparen-  
tie est ideptitas orationis eiusdem secundum substantiam et se-  
cundum modum proferendi Causa falsitatis est diuersitas  
significatorum Et dicitur amphibologia ab amphibolice quod est  
dubium et uolens sententia quasi dubia sententia Amphibologie  
tres sunt modi. Primus modus puenit ex eo quod aliqua ora-  
tio principaliter plura significat ut liber aristotelis Hec enim  
oratio est duplex. uno modo idem est quod liber editus ab ari-  
stotele et alio modo idem est quod liber possessus ab aristotele. Et  
formatur paralogismus quicquid est aristotelis possidetur ab  
aristotele iste liber est aristotelis ergo possidetur ab aristotele  
Utraque premissarum est duplex ut dictum est Secundus mo-  
dus amphibologie puenit ex transumptione orationis Tran-  
sumptio autem orationis est quando oratio proprie significans unum  
transumitur ad significandum aliud. propter aliquam simili-  
tudinem repperam in ipsis ut littus aratur transumitur ad ope-  
ram perdi Et formatur sic paralogismus quicquid aratur ara-  
tro scinditur littus aratur quando indocilis docetur. ergo  
quando indocilis docetur. littus aratro scinditur Minor est du-  
plex. quia littus arari significat proprie terram scindi transu-

*Amphibolice quod dubia sententia*

*3<sup>es</sup> modus Amphibolice  
Primus modus*

*2<sup>us</sup> modus*

mitur autē ad opam perdi. Et similitudo in hoc q̄ litur arat  
 operam pdit z in frustra laborat Tertio modus amphibolo  
 gie prouenit ex eo. q̄ aliqua oratio composita plura signifi  
 cat. separata uero unum solum. ut seculū scit aliquid hec enī  
 oīo est duplex: significat enī q̄ aliquis sciat seculum. uel se  
 culum habeat scientiā de aliquo Et ideo ista oratio est du  
 plex. ex eo q̄ hoc uerbum scit potest ordinari cū hoc q̄ est  
 seculum a parte ante. et sic est uera et nō sequitur conclusio  
 uel a parte post. z sic est falsa et sic sequit̄ conclusio Simili  
 ter hic. quicquid scit hoc scit q̄ hec dictio hoc: potest suppo  
 nere huic uerbo scit uel apponere Similiter hic quoscunq̄  
 uellem me accipere. uellē q̄ acciperent me : pugnantes uel  
 lem me accipere. ergo uellem q̄ pugnantes acciperent me  
 Maior ē duplex. quia hec dictio me potest ordinari cū isto  
 uerbo accipere a pte ante et sic est uera. et nō sequitur con  
 clusio uel a pte post et sic est falsa et sequitur conclusio Si  
 militer ista dictio pugnātes pōt supponere uel apponere.  
 Similiter hic. quicquid uidet aliquis hoc uidet. columnā ali  
 quis uidet. ergo columna uidet Maior est duplex. ut dictū  
 est in alijs: Similiter hic. quicūq̄ sunt episcopi. sunt sacerdo  
 tes: asini sunt episcopi. ergo asini sunt sacerdotes Vtraq̄ p  
 missarū est duplex ex eo q̄ hec dictio episcopi pōt esse no  
 minatiui casus uel genitiui casus q̄ autez deceptio facta ex  
 diuersitate casus faciat amphibologiam patet quia casus da  
 tus est dictioni ad hoc: ut ordinetur cum alia dictione Sed  
 ordinatio dictionis cum dictione facit amphibologiam. et nō  
 equiuocationē Hoc enī patet ab aristotele formante para  
 logismos āphibologic scdm diuersitatē casus et nō equiuoca  
 tionis Sciendum est q̄ aristoteles ponit tres modos cōmu  
 nes equiuocatiōi et amphibologie Primus modus est quā  
 do dictio uel oratio plura principaliter significat. dictio. ut  
 canis. oīo. ut liber aristotelis. Secundus modus est quādo  
 e iij

3<sup>o</sup> modus amph<sup>1<sup>o</sup></sup>

4<sup>o</sup>

4<sup>o</sup>

Aristo. ponit 3<sup>o</sup> mo  
 communes equi<sup>m</sup> & Amph<sup>1<sup>o</sup></sup>

19.

29

39 mo.

obicitio. Deceptio

Solutio Deceptionis

ca

sic soliti sumus dicere scdm transumptione transumptio: i dic  
tione. ut ridere. i oratione. ut litrus aratur. Tertius modus e  
quado compositum plura significat. separatum uero unuz so  
lum exemplum in equiuocatione. ut his dictionibus imor  
tale incorruptibile eximplu in amphibologia ut i ista oratioe  
seculu scit In oibus eni istis: coposituz plura significat. sepa  
ratum uero unum solum. Queritur de distinctione istoru tri  
um modorum comuniu. quorum primus quantu ad equiuo  
catione. quado unu nomen principaliter plura significat. scds  
puenit ex transumptione. tertius est quado unum nome co  
positum plura significat simplex uero unum solum ut imor  
tale incorruptibile Sed nunc obicitur deceptio puenies ex  
cosegnificatione dictionis no continetur sub aliquo istoru tri  
um modoru in equiuocatione. Verbi gratia sicut in hoc silo  
gismo quicumque sanabatur sanus est laborans sanabatur er  
go laborans sanus e non cotinet sub tertio modo quia labo  
rans non est dictio composita. nec sub secundo quia hec dic  
tio laboras no tenetur transumptiue nec sub prio. qz prius  
puenit ex principali significatione. sed hec dictio laborans  
non significat principaliter tempus: sed ex consequenti per  
accidentia. ergo illa deceptio facta ex cosegnificatione non  
e sub aliquo istoru triuz modoru. Solutio deceptio facta ex  
cosegnificatione dictionis cotinetur sub primo modo equiuo  
cationis Ad hoc quod obicitur dicendum: qz primus modus  
prouenit ex principali significatione appellata hic. Quicqd  
ex eadem impositione iportatur per dictionez sz ex eade im  
positione significat quelibet dictio significationez. z sua acce  
dentia Ille enim qui imposuit hoc nomen lapis ad significā  
du lapide. sub tali genere: sub tali numero imposuit. z sic ea  
dem ipositione impesuit impositor quia hec dictio laborans  
importat suum significatum z cosegnificationem z sic de ali  
is. Vel dicendum est: quod principalis significatio ponitur i

primo modo equiuocationis & amphibologie ad remouen-  
 dam transumptionem in eos q; transumptio significat p die-  
 tionē. nō principaliter ut ridere non principaliter significat  
 florere sed transumptiue & per quandam similitudinem Et  
 hec dictio laborans significat presens tempus & preteritum  
 imperfectū Item queritur quare deceptio facta ex quibus-  
 dam accidentibus facit equiuocationem. et ex quibusdam  
 amphibologiam Solutio: dico quod quedam sunt acciden-  
 tia que consequuntur dictionem. nō absolute. sed prout ē or-  
 dinabilis cum alia dictione. sicut casus. numerus. ordinantur  
 per dictiones adinuicem per talia accidentia Male enī di-  
 ceretur hominis currit quia ibi non est debitus casus & de-  
 ceptio ex talibus accidentibus est deceptio in oratione et sic  
 est in amphibologia & nō in equiuocatione. Sed sunt alia ac-  
 cidētia absoluta que cōsequunt dictionē p se ut tempus & ge-  
 nus & per alia accidentia non ordinantur dictiones adinu-  
 cem quia sicut bene dicitur homo currit. ita bene dicitur ho-  
 mo currabat Unde licet tempus uarietur māet tamē eadez  
 constructio & ideo non construuntur mediare tempore & sic  
 deceptio ex talibus accidentibus fit in dictione. et ita ī equi-  
 uocatione & non in amphibologia.

**S**equitur d fallacijs faciētibz multiplex potentia  
 le scilicet d cōpositione diuisione & accentu Et pri-  
 d cōpositione q̄ d alijs q; paralogismi fiunt effica-  
 ciores scdm cōpositionē ad finē sophisticū. q̄ ē apparēs sapiē-  
 tia & nō existēs iō prius dicēdū ē de cōpositione q̄ de alijs.  
 Compositio est eorū q̄ debēt diuidi falsa unio Diuisio uero  
 est eorū que debent cōponi falsa diuisio Fallacia compositio-  
 nis est idoneitas decipiendi proueniens ex idempritate ora-  
 tionis unius & eiusdē secūdū materiā & secūdū situm magis  
 debitum partibus in oratione positis. Causa apparentie  
 huius fallacie. est oratio diuisa: habens idempritatem in  
 c iij

questio

solutio

Alia accidentia

compositio quid

fallacia compo<sup>nis</sup>

ca apparentie huius



*ca falsitatis*

*oratio composita*

*oratio diuisa*

*2<sup>o</sup> mod<sup>us</sup> fall<sup>us</sup> compo<sup>nit</sup>  
19.*

materia cum oratione cōposita. Causa falsitatis siue defec-  
tus est diuersitas sensus compositi a diuiso. Notandum q̄  
quādo oratio ē uera ī sensu diuiso z falsa ī sensu composito.  
tūc ē fallacia cōpositionis. Dicit<sup>r</sup> tamē oratio cōposita quādo  
determinatio determinat determinabile illud quod magis  
apta nata est determinare. similiter dī oratio cōposita quan-  
do dictiones ordinantur secundum situm magis debitum  
Et dicitur oratio diuisa quando determinans determinat il-  
lud determinabile qđ non est magis apta nata determinare:  
uel quando dictiones ordinantur secundum situm minus de-  
bitum. Unde sumatur hec oratio gratia exempli: quicquid  
uiuit semper est in ista oratione sunt duo determinata scilicet  
hoc uerbum uiuit. et hoc uerbum est. z est una determi-  
natio scilicet semper. si ergo hec determinatio scilicet semper  
determinat hoc uerbum est qđ ponitur a parte predicati. sic  
dicitur oratio composita quia tunc determinatio determinat  
determinabile quod magis apta nata est determinare quia  
illud uerbu<sup>s</sup> est ponitur in situ determinato scilicet in predi-  
cato Si autem determinat hoc uerbum uiuit. sic dicitur diuisa:  
quia determinat illud determinabile quod est minus ap-  
ta nata determinare: quia illud uerbum uiuit non ponitur ī  
situ determinato ipsius uerbi Et tunc dictiones ordinantur  
secundū suū min<sup>us</sup> debitum Isti<sup>us</sup> fallacie duo sunt modi Pri-  
mus mod<sup>us</sup> puenit ex eo qđ aliquod dictū pōt supponerī p se-  
toto uel pro parte sui. z scđm istū modū paralogizat sic Quē-  
cunqz possibile ē ambulare possibile ē qđ ipse ambulet: sedēre  
possibile ē ambulare. ergo possibile est qđ sedēs ambulet Ad  
hoc dicēdū qđ mīor ē duplex. qđ si hoc dictū sedentē ambula-  
re supponit pro se toto huic p̄dicato possibile est id ē sedens  
sedendo potest ambulare. tunc hec composita est falsa. sicut  
etiam impossibile est dicere. qđ sedēs ambulet si autē istud dic-  
tum supponat pro parte sui tunc est diuisa et uera et non se-

quitur conclusio. et est sensus sedentem possibile est ambulare  
id est sedens nunc habet potentiam ut postea ambulet Et simi-  
liter: quicumque possibile est scribere possibile est quod ipse sci-  
bat non scribentem scribere est possibile. ergo possibile est  
quod non scribens scribat Dicendum est ad istum paralogismum  
sicut ad primum Secundus modus provenit ex eo quod aliqua de-  
terminatio potest referri ad diversa. et penes istum modum  
paralogizatur sic. quicumque litteras scit nunc didicit eas sed  
iste antiquus grammaticus scit litteras. ergo nunc didicit eas Di-  
cendum quod maior est duplex. quia hec determinatio nunc. potest  
determinare hoc verbum didicit. sic est composita et falsa et  
sequitur conclusio vel potest determinare hoc verbum scit et sic  
est diuisa et vera. et non sequitur conclusio Similiter hic quod unum  
solum potest ferre plura potest ferre: sed quod non plura potest fer-  
re potest unum ferre. ergo quod non potest plura ferre potest plura  
ferre Dicendum quod maior est duplex. quia hec determinatio  
solum potest determinari hoc verbum potest sic maior est falsa et composita  
et est sensus quod illud quod non potest ferre unum: cum alio non potest  
ferre plura. vel potest determinare hoc verbum ferre. et est  
sensus verus et propositio diuisa vera sub hoc sensu. quod potest  
iam ferre unum solum et ferre non plura potest plura ferre:  
Similiter tu scis tantum tres homines currere. posito casu quod sex  
currant. et nescias de tribus Nec est duplex quia hec dictio tan-  
tum potest determinare hoc verbum scis. vel currere si deter-  
minat. hoc verbum currere sic est composita et falsa. si scis: tunc  
est diuisa et vera et paralogizatur sic: tu scis tantum tres homi-  
nes currere. posito casu quod sex currant: sed quicquid scitur est  
verum. ergo tantum tres homines currere est verum. maior est  
duplex ut iam dictum est.

**D**e fallacia diuisionis. Quid sit diuisio dictum est  
prius Fallacia diuisionis est ydoneitas decipien-  
di. proueniens ex eo quod oratio aliqua compo-

*Secundus modus*

*ya*

*Fallacia diuisionis*

*cā apparentio*

*cā defectus*

*ij moī huius fall*  
*19.*

*as*  
*y*

fita est uera. et diuisa falsa una et eadez manens secundū ma-  
teriam. differens scđm formam diuersa significat q̄ creditur  
esse uera in sensu diuiso. eo q̄ ueritatem h̄z in sensu compo-  
sito. Causa apparentie huius fallacie est oīo cōposita. habēs  
idēptitatē in materia cū oratione diuisa. Vel causa apparen-  
tie est ydoneitas orōnis eiusdem scđm substantiam. et secun-  
dum situm minus debitum. Cā defectus ē diuersitas sensus  
diuisi a sensu cōposito. Istius fallacie duo sunt modi. Pri-  
mus modus prouenit ex eo. q̄ aliqua cōiunctio potest copu-  
lare inter terminos uel propositiones. Et secundū istum mo-  
dum paralogizatur sic. Quēcūqz sunt duo et tria. sunt duo et  
tria. quinqz sunt duo et tria. ergo quinqz sunt duo. quinqz  
sunt tria. Ad hoc dicendum q̄ minor est duplex quia hec cō-  
iunctio et potest cōiungere inter terminos uel inter propo-  
sitiōes: si inter terminos sic est uera et cōposita. et est sensus.  
duo et tria insimul iuncta faciunt quinqz. si inter propo-  
sitiōes sic est falsa. et diuisa: et est sensus q̄ duo sunt quinqz per-  
sone. et q̄ tria sunt quinqz persone quod ē falsum. Similiter  
est hic. Quēcūqz sunt duo et tria. sunt paria et imparia. quin-  
qz sunt duo et tria. ergo quinqz sunt paria et imparia. Dicen-  
dum q̄ minor est duplex. quia ibi potest esse copulatio inter  
terminos: et sic est uera et cōposita et est sensus. quinqz sunt  
duo et tria insimul coniuncta. uel est copulatio inter propo-  
sitiōes et sic est falsa et diuisa et est sensus. quinqz sunt duo  
et quinqz sunt tria. qđ est falsum. Similiter hic. Omne animal  
est rationale uel irrationale sed non omne animal est ratio-  
nale. ergo omne animal est irrationale. Dicendum quod ma-  
ior est duplex ex eo q̄ ista coniunctio uel potest coniungere  
inter terminos. et sic est uera et cōposita. uel inter propo-  
sitiōes. et sic est falsa et diuisa: Similiter hic. Omne animal  
est sanum uel egrū. Vel hic. Omnis substantia est corporea  
uel incorporea uel hic. omnis linea est recta uel curua. Un-

de omnes iste sunt uere quādo cōiunctio coniungit inter ter-  
 minos et sunt cōposite Sed sunt false quādo coniunctio cō-  
 iungit inter oratiōes et propositiones . et diuise quia cōiun-  
 ctio p se et primo est cōiunctiua partium orationis ex conse-  
 quenti ipsa cōiungit orationem cum oratione Secunda<sup>o</sup> mo-  
 dus huius fallētie diuisionis prouenit ex eo. q̄ aliqua deter-  
 minatio potest referrī ad diuersa. ut hic quo uidisti hunc per-  
 cussū. hic percussus est. sed oculo uidisti hunc percussū.  
 ergo oculo percussus est Dicendū q̄ minor est duplex quia  
 iste ablatiuus oculo potest determinare hoc participiū per-  
 cussus. et sic est diuisa et falsa et est sensus tu uidisti hunc per-  
 cussū oculo et sic sequitur cōclusio uel potest determinare  
 hoc uerbū uidisti et sic ē cōposita et uera et tunc est sensus .  
 Tu uidisti cū oculo hūc percussū sed tūc nō sequitur cōclusio.

**S**equitur fallacia accentus Accētus ē certa lex et  
 regula ad eleuandū uel deprimendū sillabā uni-  
 uscuiusq̄ dictionis. et iste accentus diuiditur in ac-  
 centū grauem. acutū et circumflexum Grauis est qui depri-  
 mitur in fine . Acutus accentus est qui in fine eleuatur uel  
 acuitur . Circumflexus est qui acuitur et deprimi<sup>t</sup> simul ut  
 circumflexus est q̄ procedit ab ymo et procedit in altum et fi-  
 naliter tendit in ymum ut hierusalem Fallacia accentus est  
 ydoneitas decipiendi proueniens ex multiplicitate dictiōis  
 eiusdem secundum substantiam. diuersē secundum modum  
 proferendi diuersa significantis Causa apparentie huius  
 fallacie est unitas dictionis secundum materiam uel secun-  
 dum substantiam solum Causa defectus est diuersitas si-  
 gnificatorum Istius fallacie duo sunt modi Primus mo-  
 dus prouenit ex eo q̄ aliqua dictio potest proferri diuer-  
 sis accentibus ut hic Omnis populus est arbor . gens est  
 populus ergo gens est arbor Dicendum q̄ maior est du-  
 plex quia prima sillaba huius dictionis populus potest pro-

*Secundus in huius hōt*

*Accentus quid &  
 dunt  
 Grauem.  
 Acutum &  
 circumflexum.*

*fallacia accentus*

*ca apparentie*

*ca defectus  
 y. mod. huius  
 19*

ferri longa. et sic est uera: et non sequitur conclusio uel potest esse  
breuis. et sic est falsa. et sequitur conclusio Similiter hic om  
nis ara est in templo. stabulum porcorum est ara. ergo stabulum  
porcorum est in templo Dicendum est hic sicut prius Similiter  
hic quicquid hamatur hamo capitur. mulier amatur ergo  
mulier hamo capitur Dicendum quod maior est duplex ideo quod  
hec dictio hamatur potest proferri cum aspiratione uel sine as  
piratione. si primo sic est uera. et non sequitur conclusio: si secundo  
sic est falsa et sequitur conclusio Vel sic Quoscumque uiros iu  
stum est pendere dignum est penam pati. sed iustos uiros di  
gnum est pendere ergo iustos uiros dignum est penam pati.  
Unde utraq; premissarum est duplex eo quod hec dictio pende  
re potest proferri. media longa uel media breuis. Secundus mo  
dus prouenit ex eo quod aliqua uox potest esse dictio uel oratio  
ut hic: Tu es qui es. sed quies est requies. ergo tu es requies  
Dicendum quod maior est duplex. eo quod qui es potest esse dictio uel  
oratio. si sit dictio tunc est falsa et sequitur conclusio. si sit ora  
tio. sic est uera et non sequitur conclusio Similiter hic quicquid  
fecit deus inuite. fecit deus coacte. sed deus fecit uinum in ui  
te ergo deus fecit uinum coacte Dicendum quod maior est du  
plex. eo quod inuite potest esse oratio uel dictio si dictio. sic est ue  
ra. et non sequitur conclusio. uel possunt esse oratio. et sic est  
falsa et sequitur conclusio Similiter hic Quicumque habet di  
lectionem supernam habet dilectionem dei. usurarius habet  
dilectionem supernam ergo usurarius habet dilectionem dei. Dicendum quod  
hec dictio supernam potest capi dupliciter. uno modo ut est dictio.  
et sic minor est falsa. et sequitur conclusio Alio modo potest esse oratio et sic est  
uera et non sequitur conclusio. Similiter hic. metuo longas perire no  
ctes lidia dormis Domini hec dictio metuo potest esse dictio uel oratio  
**S**equitur de fallacia figure dictionis Fallacia figu  
re dictionis ultimo loco ponitur inter fallacias in dic  
tione. quia facit multiplex fantasticum Figura est

*ser. mod. huius facti*

*No.*

que termino uel terminis clauditur .termino . ut circulus .  
 terminis ut triangulus . quadrangulus . et similitudinarie hic  
 sumitur Fallacia figure dictionis est similitudo dictionis cū  
 dictione penes finalem terminationē in parte nō idem signi  
 ficante ⁊ facit multiplex fantasticū Est autem multiplex fan  
 tasticus quādo aliqua dicitio significat unum . et uidetur signi  
 ficare aliud . ppter similitudinem quam habet in parte cum  
 alia dictione . ut uidere significat passionem ⁊ uidetur signifi  
 care actionē propter hoc qd est simile huic uerbo agere Cau  
 sa apparentie huius fallacie . ē similitudo dictionis in pre cuz  
 alia dictione nō idem significante Causa defectus huius fal  
 lacie . ē diuersitas eorum que uidentur esse similia Ista autē  
 similitudo fit tribus modis scilicet . uoce . significatiōe et sup  
 positione Et secundū hoc tres sunt modi huius fallacie Pri  
 mus modus prouenit ex simili terminatiōe dictionis cum  
 alia dictione ut qualiscumq; ē musa talis ē poeta sed musa  
 ē feminini generis ergo poeta ē feminini generis Dicendū  
 qd nō sequitur qd si aliqua sint eiusdem terminationis qd sint  
 propterea eiusdem generis . Similiter hic omnis aqua ē hu  
 mida fluius ē aqua ergo fluius ē humida Dicendū qd nō  
 oportet qd si fluius sit aqua . qd ergo quicquid dicatur de  
 aqua qd hoc etiam dicatur de fluuio sub eadem terminatio  
 ne Vel sic . omnis homo ē albus mulier ē homo ergo mulier  
 ē albus . Unde ī omnibus p̄dictis paralogisimis masculinū  
 interpretatur femininum . aut si formatur sic paralogismus  
 musa et poeta similiter terminantur . sed musa ē feminini ge  
 neris . ergo poeta . tunc non ē ibi fallacia figure dictionis .  
 sed fallacia consequentis a cōmuniter accidētibus ut postea  
 parebit : Secundus modus prouenit ex mutatiōe unius pre  
 dicamenti in aliud Vel qd una species unius p̄dicamēti mu  
 tatur in aliam speciem ut hic . Quicquid heri emisti hodie  
 comedisti . carnes crudas heri emisti . ergo carnes crudas

*Figura quid*

*Fallacia figure dictionis*

*Multiplex fantasticus*

*ca apparentie*

*ca defectus*

*3<sup>us</sup> modus huius fallacie*

*Primus modus*

*Secundus modus*

comedisti Dicendū est q̄ nō sequitur qz quicquid dicit rem  
de predicamento substantie crudū dicit tam de predicamen  
to qualitatis et sic proceditur de uno predicamento in aliud  
Similiter hic quicquid heri uidisti hodie uides sed uidisti  
heri album . ergo albū hodie uides. Dicendum q̄ nō sequi  
tur. quia albū significat per modum qualitatis. quicquid ue  
ro dicit rē de pdicamento substantie Similiter hec do tibi so  
lum denariū sed solū denariū non habeo. ergo do tibi quod  
non habeo Dicendū q̄ hec dictio solū dicit relationem qz ut  
habetur in secundo elencoꝝ solū dicitur quasi non cū alio et  
hec dictio qd dicit substantiaz et sic proceditur relatione ad  
substantiā Similiter est hic aliqs dat cito equū. sed nō habet  
cito equum. ergo aliquis dat cito qd non habet Dicendū q̄  
nō sequitur: quia cito dat modū actus siue qualitatem. et qd  
dicit substantiā. et sic proceditur a qualitate ad substantiam.  
Similiter quādo pceditur ab una specie unius predicamē  
ti ad aliā ut quantoscūqz digitos heri habuisti hodie habes  
deceꝝ digitos heri habuisti. ergo deceꝝ digitos hodie habes  
posito q̄ unū amiseris Dicendū q̄ nō sequitur quia hec di  
ctio quantoscūqz dat quantitateꝝ cōtinuam ⁊ hec dictio de  
cem dicit quantitatē discretā Tertius modus prouenit ex  
diuersa suppositiōe termini. ut homo est species. ergo aliqs  
homo est species Et hic homo est dignissima creaturarum.  
ergo aliquis homo ē dignissima creaturaz hic est processus  
a simplici suppositione ad personalem Similiter hic Omnis  
homo est animal . ergo omnis hō est hoc animal Similiter  
hic. animal ē fortes. animal est plato ⁊ sic de alijs . ergo ani  
mal est omnis homo: hic fit processus a pluribus determina  
tis ad unam determinatam Et iste modus solet appellari  
uniuocus . quia ille terminus uniuoce et equaliter sic se ha  
bet ad omnia supposita Unde in qualibet pmissarum suppo  
nit pro uno. in conclusione uero pro pluribus ⁊ sic uariatur

*Tertius modus*

eius suppositio Et intelligendum q̄ in pdictis quale quid in  
 terpretatur hoc aliquid id ē commune uel uniuersale interpre  
 tatur singulare Si enim animal est hoc aliquid. si tūc argua  
 tur sic animal est sortis. animal est hō. & sic de alijs: ergo ani  
 mal est oīs homo: est bonū argumentum. sicut hic. sortis cur  
 rit. plato currit & sic de alijs. ergo oīs homo currit Simili  
 ter hic non sequitur. quando fit processus ab immobili sup  
 positione ad mobilem ut omnis homo est animal. ergo om  
 nis homo est hoc animal et sic de alijs. hos tres modos po  
 nit aristoteles dicens. q̄ figura dictionis fit. quādo interpreta  
 tur nō idem uel diuersum. ut masculinū. femininum uel neu  
 trum uel e conuerso et rursus quid interpretatur quale uel  
 quantum iterum quando commune interpretatur singulare  
 uel hoc aliquid.

**S**equitur de fallacijs extra dictionē. que sūt septem  
 scilicet accidēs. secundū quid ad simpliciter. igno  
 rantia elenchi: petitiō p̄cipij. cōsequens. nō causa  
 ut causa. secundū plures interrogatiōes ut unā Differūt au  
 tem iste fallacie a fallacijs ī dictionē. quia fallacie ī dictionē ha  
 bent causāz apparentie ex pte uocis Sed fallacie extra dic  
 tionez habēt causāz apparentie et defectus et ex pte rei. & nō  
 ex pte uocis et propter hoc dicuntur extra dictionē. Inter  
 has p̄io dicēdū ē de fallacia accidētis Unde accidēs p̄t  
 hic sumit idē est q̄ extraneū. ī pte idē. & ī pte diuersum. ut  
 hic hō est species sortis ē hō ergo sortis ē species hō enī  
 est ī parte idem cū specie scilicet quādo sumitur pro re uni  
 uersali. et in parte est diuersum a specie scilicet quādo sumit  
 tur pro suppositis. Notandum q̄ in fallacia accidentis sunt  
 ista tria scilicet. accidēs. res subiecta & attributum. exem  
 plum ut homo est species. sortis est homo. ergo sortis est  
 species hoc mediūz homo est res subiecta & minor extremi  
 tas est accidēs. & maior extremitas attributū Causa appare

*Aristo.*

*7. fallacie ex dictione*

*Accidens  
 secundū qd ad simp  
 ignorantia elenchi*

*Petitiō Principij  
 consequens*

*nō cā ut cā  
 secundū plures interrogatiōes*

*Accidens pro ut hic*

*Accidens.*

*Res subiecta &*

*Attributum*

*cā apparente*



*ca de fortis*  
*3<sup>o</sup> mod<sup>o</sup> huius fall*  
*19*

*Secundus modus*

*Tertius modus*

tie est cōuenientia aliquorū duorū in aliquo tertio secundū partē siue est partialis ydēpritate aliquorum duorum **L**ausa defectus est diuersitas eorundē Huius fallacie tres sunt modi Prim<sup>o</sup> modus prouenit ex eo q̄ aliquid uere predicatur de aliquo subiecto. et ppter hoc creditur uere dici d̄ accidēte ei<sup>o</sup> a quo est diuersū Del quādo aliqd primo attribuitur rei subiecte in pmissis z postea attribuitur ei<sup>o</sup> accidēti in conclusione. ut hic homo est species fortes est homo ergo fortes est species Dicendū q̄ non ualet quia ille termin<sup>o</sup> species qui est attributū. assignatur in esse forti. q̄ est accidēt eo q̄ dicitur de homine: quod est res subiecta Similiter hic Animal est genus homo ē animal. ergo homo ē genus. Similiter hic. Omne es ē naturale. statua ē es. ergo statua ē naturalis nō sequitur. quia naturale uere predicatur de ere z propter hoc attribuitur in conclusione statue. qd̄ non fit uere: Similiter hic. Cognosco coruistū. coruistus ē ueniens. ergo cognosco uenientem Dicendum q̄ nō oportet. q̄ si cognoscas coruistum secundū se q̄ ppter hoc cognoscas eum sub illo accidēte qd̄ ē ueniēs Secundus mod<sup>o</sup> puenit ex particulari ydēpritate aliquorum duorū in aliquo tertio Del quādo aliquod commune predicatur de aliquibus duobus cū quibus est ī parte idem. et in pte diuersum. et ppter hoc illa duo credunt̄ esse eadē inter se. ut hic fortes ē homo. plato est homo. ergo fortes ē plato. Similiter hic. homo est animal. equus est animal ergo equus est homo. Dicendum q̄ nō oportet q̄ si aliqua duo pueniant in aliquo tertio. ppter hoc conueniant inter se Tertius modus puenit quando ex duobus aliquib<sup>o</sup> diuisim sumptis male inferitur aliquod cōiunctum secundū accidens ut iste ē albus. et ē monachus ergo ē albus monachus Similiter hic. Iste canis est pater et tuus. ergo ē pater tuus non sequit̄ quia licet ille conueniāt in aliquib<sup>o</sup> secundum partem tamen secundum aliam partē

differtunt Et sciendum q̄ non licet inferre ex diuisis coniu-  
tum z habetur. ij. periberecmenias quādo predicatur diuer-  
sa accidentia sibi iuicem per accidēs cōuenientia. sicut albus  
esse monachum Similiter quando duo predicantur quoruz  
secundū intelligitur in primo: ut uniuersale in suo specialio-  
ri. ut iste est homo z est animal ergo homo animal. quia ani-  
mal intelligitur in homine sicut album in homine albo Sz in  
oibus alijs licet ex diuisis inferre coniuictum Vnde notādū  
q̄ quando aliqua duo accidentia pdicantur de aliquo quorū  
primum in subiecto est per alteram non p se z ex talibus di-  
uisum captis nō lz inferre cōiuictum uel econtra. ut iste est al-  
bus: z est monachus ergo est albus monachus nam albedo  
nō ē in subiecto secundū se. sz secundū habitum similiter ex cō-  
iunctis non licet inferre diuisum quando ista q̄ cōiungūtur di-  
minuunt de ratione alterius ut ille homo est mortuus. ergo  
est homo z mortuus In omnibus autem alijs lz ex cōiunctis  
inferre diuisum. sed illud ultimū argumentum facit fallaciā  
secundū quid ad simpliciter Accidens sic diffinitur ab aristo-  
tile Accidēs est quod ē extraneum i parte idē. z in parte di-  
uersum Secundam accidēs uero fiunt paralogismi. quando  
idem similiter fuerit assignatū inesse rei subiecte et accidēti.  
ut homo est spēs. sortes est homo ergo sortes est species. ho-  
mo enim secundum q̄ sibi conuenit esse speciem. aliter capi-  
tur a modo per quem conuenit sorti z platoni. quia conuēit  
enim esse speciem ut ē essentia quedam communis predica-  
bilis d̄ pluribus. z put est in pluribus sic est in sorte platōe  
z sic sortes est accidens hō uero res subiecta z species signi-  
ficatur utrisq; inesse Vnde accidens nō sumitur hic put dif-  
finitur a porphirio. sed ut dictum est.

**S**equitur de fallacia secundum quid ad simpliciter  
dictum secundum quid appellatur hic determi-  
natio diminuens de ratione uel de esse cui adiu-

f i

*Nota*

*da*

*Accidentis definitio  
2<sup>m</sup>. aristotelem*

*.atq; .definitur accidēs  
a' Porphyrio*

*dictum scilicet quid*

Dictum simp  
falla 2<sup>m</sup> qd ad simp

ca appa<sup>te</sup>

ca falsi<sup>ty</sup>

1<sup>o</sup> m<sup>o</sup>

2<sup>o</sup>

3<sup>o</sup>

4<sup>o</sup>

4<sup>o</sup>

gitur. ut cū dico hō mortuus. mortuum enim diminuit de ra  
tione hominis. Dictū simpliciter appellat aliqd indiminutū.  
ut homo Fallacia secundum quid ad simpliciter est ydenci  
tas decipiendi. pueniens ex apparenti psequencia dicti secū  
dum quid ad dictuz simpliciter. Causa apparentie huius fal  
lacie. ē convenientia huius dicti quod ē secundū qd ad illud  
quod est simpliciter ⁊ econuerso. Causa falsitatis est diuersi  
tas significatorū. Fit autem hec fallacia tot modis quot mo  
dis cōtingit addere alicui determinationē diminuentez. Pri  
mo mō secundū partem in mō ut ille est hō mortuus ergo ē  
homo non sequitur quia mortuuz diminuit de ratione homi  
nis. Et hic. chimera est ens opinabile ergo est ens. non sequi  
tur: quia opinabile diminuit de ratioe huius quod est cē. Se  
cundo modo secundum partem integram. ut cubiops est al  
bus secundum dentes ergo est albus. Tertio modo i his que  
sunt ad aliquid ut diuitie non sunt bone male utenti ergo nō  
sunt bone. non sequitur. licet enim diuitie comparate ad ali  
quid non sunt bone tamen i se sunt bone. Quarto modo i his  
que secundum locum sunt. ut bonum est mactare patrem in  
trianis ergo bonum est mactare patrem suum. uel sic. bonū  
est uti dicta in locis egroratus ergo bonū est uti dicta. Qui  
to modo in his que sunt secundum tempus. ut bonum ē ie  
iunare in quadragesima ergo bonum est ieiunare. uel sic. ex  
pedi alicui mederi quando egroratur ergo expedit alicui me  
deri non sequitur. quia licet expediat mederi secunduz quid  
non tamen simpliciter. Sciendum autem. qd i omnibus istis  
inspiciendū ē ad contradictionē ut si aliquis respōdes dicat.  
qd nō expedit mederi ⁊ opponēs assumat qd expedit quan  
do egroratur. non contradicit ei. sed stat in fallacia secundum  
quid ad simpliciter. Et sciendum qd eadē est fallacia si ex eo  
qd ē secundum quid inferatur simpliciter et econuerso. Et  
intelligendum est quod ista fallacia quando fit ab eis scdm

quid ut in pluribus fit affirmatiue . sed quando fit a dicto  
simpliciter ut in pluribus arguitur negatiue. Sequitur falla  
cia ignorantie.

**E**lenchus est silogismus contradictionis unius et eius  
dem. non nominis tantum. nec etiam rei tantum sed no  
minis et rei simul. non sinonimi. sed eiusdem. et ex  
his que data sunt de necessitate non connumerato eo quod erat in  
principio ad idem. secundum idem. similiter et in eodem tempore.  
Elenchus est silogismus contradictionis. id est silogismus con  
cludens contradictoriam propositionem dare a respondente  
In diffinitione elenchi quedam ponuntur ratione silogismi ut  
ex his que data sunt ex necessitate accidere per quod remo  
uetur fallacia accidentis. et ponitur non connumerato eo quod  
erat in principio. per quod remouetur petitio principij ut post  
ea patebit. Alia ponuntur ratione contradictionis. ut unius et  
eiusdem. id est unius subiecti et predicati Unde nisi esset idem subiectum  
et idem predicatum non esset contradictio. ut ethiops est niger ethi  
ops non est niger secundum deum. ex quo non est idem predi  
catum. id est non est contradictio Et similiter hic nullus homo mortuus  
currit et quidam homo currit non est contradictio quia non est idem sub  
iectum Item secundum idem: ad idem similiter et in eodem tem  
pore. ponuntur ratione contradictionis. et contra istas quatuor partes  
peccat hec fallacia. que dicitur ignorantia elenchi. secundum quod est una  
de tredecim fallacijs. Alio modo accipitur generaliter et tunc  
sic diffinitur Ignorantia elenchi est unus defectus genera  
lis. ad quem reducuntur omnes alie fallacie ostendendo quo  
modo peccant contra istas particulas. ut postea patebit. Iste  
enim particule non omnis tantum: nec rei tantum sed omnis  
et rei simul non sinonimi et sic de alijs ponuntur ratione  
silogismi et ratione contradictionis. quia iste exigunt quod  
nomen sit unum et res una. et quod non sit nomen sinonimum  
Unde non est ibi contradictio. marcus currit et tullius non

f ij

*Elenchus quid*

*Ignorantia Elenchi quid*

*Fallacia ignorantie  
elenchi.*

*ca appa<sup>te</sup>*

*ca falsi<sup>ty</sup>*

*iii<sup>or</sup> modi huius fallacie*

*1<sup>o</sup> mo)*

*2<sup>o</sup>*

*3<sup>o</sup>*

*4<sup>o</sup>*

currit. nec est ibi filogifinus. Omnis gladius scidit. quoddam instrumentum est ensis. ergo quoddam instrumentum scidit. Fallacia ignorantie elenchi. est ydoneitas decipiendi pronones ex apparenti observatione particularum diffinitionis elenchi. que conveniunt ei ratione contradictionis tantum scilicet ad idem. secundum idem similiter et in eodem tempore. Causa apparentie huius fallacie est convenientia dictorum scilicet quod ad dicta simpliciter. Causa falsitatis est diversitas eorum. Unde huius fallacie quatuor sunt modi. Primus modus est contra hanc particulam ad idem ut duo sunt duplum unius. et non sunt duplum trium ergo sunt duplum et non duplum et in utraque premissarum non sumitur duplum ad idem et ideo non sequitur. Secundus modus peccat contra illam particulam secundum idem ut hoc est duplum illi secundum latitudinem et non est duplum secundum longitudinem. ergo est duplum et non duplum. non sequitur quia duplum non sumitur secundum idem licet sumatur respectu eiusdem. Tertius modus peccat contra illam particulam similiter ut homo est species: nullus homo est species: ergo idem est species et non species. non sequitur. quia ibi non est contradictio in premissis quia ille terminus homo non sumitur similiter quia in una sumitur pro suis inferioribus in alia vero non sed pro se toto vel pro sua forma. Quartus modus peccat contra hanc particulam in eodem tempore. ut manus mea est clausa in hoc instanti et non est clausa in hoc instanti. ergo est clausa et non clausa. non sequitur quia non est in eodem tempore. Differt autem hec fallacia a fallacia secundum quid ad simpliciter. quia in illa est processus ab uno secundum quid sumpto. ad unum sumptum simpliciter. ut hoc est duplum secundum longitudinem ergo est duplum in ista vero est processus a duobus secundum quid sumptis. ad duo sumpta simpliciter ut hoc est duplum illi secundum longitudinem. et non secundum latitudinem ergo est duplum et non

duplū Sequit̄ de fallacia petitionis principij

**P**etere id quod est in principio: est quādo conclu-  
sio que debet probari sumitur in premissis. cū er-  
go idem sub eodem noīe non potest seipsum pro-  
bare. ut homo currit. ergo homo currit. in talibus enī est pe-  
tito principij. talis argumentatio est ridiculosa. nec cadit sub  
arte. nec est petitiō huius quod est in principio Aliud enim ē  
petere principium. et aliud est petere illud quod est in prin-  
cipio. quia petere principium est. quando petitur idē sub eo-  
dem nomine. ut homo currit. ergo homo currit et isto modo  
nulla est fallacia quia non continetur sub aliqua specie argu-  
mētationis nec secundū ueritatem nec secundum apparenti-  
am: sed talis petitiō principij peccat cōtra silogismūz simpli-  
citer dictum Sed petere illud qđ est in principio est quādo  
idem petitur sub diuerso nomine. ut animal rationale currit  
ergo homo currit Vel sic Petere illud qđ est i principio est  
qđ minus notū sumitur ad p̄bationez magis noti Causa ap-  
parentie huius fallacie est apparens diuersitas cōclusionis  
a p̄missis Causa falsitatis est ydempritas eorundē. Petitur  
aut̄ illud qđ fit i principio quinqz modis ut patet. viii. thopi-  
corū. Primo mō qđ diffinitum petitur i diffinitione et ecō-  
tra ut si dubitatur. utrum homo currat. uel non currat fiat ar-  
gumentum animal rationale currit ergo homo currit. nulla  
est ibi probatio. quia quando unum dubitatur necesse est al-  
terum dubitari. et ita si sumatur unum ad probandum aliud  
peccatum est. Secundus modus est quando particulare pe-  
titur in uniuersali. ut nullus homo currit ergo sores currit  
Vel si aliquis debeat probare qđ omnium contrariorum ea-  
dem est disciplina z assumant omnium oppositorum eadem  
est disciplina. ergo omnium contrariorum eadem est discipli-  
na. hic petitur conclusio i premissis Tertius modus est quā-  
do uniuersale petitur in particularibus. ut si aliquis debeat  
f iij

alud petere <sup>um</sup> princi-  
alud petere illud qđ est i p̄ncipij

ca appa-  
ca falsi-  
tro

4. modi  
p°

2°

3°

49.  
 59.  
 probare. q̄ omnium oppositorū ē eadez disciplina. & sumat  
 illam. omnium contradictoriorum contrariorum. & sic de ali  
 is. est eadem disciplina. ergo omnium oppositorum eadem  
 est disciplina uel sic sortes currit plato currit. et sic de ali s.  
 ergo omnis homo currit Quartus modus est quādo comun  
 etum petitur in diuisis uel econtra si aliquis debeat p̄bare.  
 q̄ medicina est disciplina sani et egri. et dicatur sic arguēdo  
 medicina est disciplina sani. et medicina est disciplina egri:  
 ergo medicina est disciplina sani et egri. Quintus modus est  
 quādo unum relatiuorum petitur in alio. ut si quis debeat  
 probare q̄ sortes sit pater platonis. probetur sic. plato est fi  
 lius sortes ergo sortes est pater platonis. non sequitur quia  
 hoc assumitur quod est probandum. Sciendū q̄ hec fallacia  
 non impedit si'ogisimū inferentem sed probantem & ita fal  
 lacia petitionis peccat contra si'ogisimū dialereticū in quā  
 tum dialereticus est.

**D**e fallacia cōsequentis dicendum est. secunduz cō  
 sequens fiunt paralogisimi. eo q̄ credimus conse  
 quentiā cōuerzi que nō conuertitur Fallacia cōse  
 quentis ē ydoneitas decipiendi proueniēs ex apparentia cō  
 sequentie cōuerse que non cōuertitur. Causa apparentie hu  
 ius fallacie ē cōuenientia unius cōsequentie uere ad aliā nō  
 ueram Causa falsitatis est diuersitas eorundem Et sciendū  
 q̄ bene r̄ argumentū a positione antecedētis ad positioē  
 cōsequentis Huius fallacie tres sunt modi: Primus modus  
 est quando arguitur a destructione antecedentis ad destruc  
 tionem consequentis ut si homo est animal est ergo si homo  
 non est animal nō est Mel a positione cōsequentis ad positi  
 onem antecedentis ut si mel est rubeum est. ergo si rubeum ē  
 mel est Ad istum enim modum reducuntur omnes prauē ar  
 gumentationes. ab inferiori ad superius destructive Unde  
 quotienscunq̄ fit processus ab inferiori ad superius cum

Falla cōsequentis  
 cā appa<sup>te</sup>  
 cā falsi<sup>tas</sup>

3<sup>o</sup> modus huius fallacie  
 29.

ab inf non ad sup  
 destruetur

distribuzione superiorum ne omnis homo currit. ergo cō animal  
mal currit. ibi cōmittitur ista fallacia. uel nullus homo currit  
ergo nullum animal currit. Secundus modus solet poni ab  
insufficienti inductione singulariū ut fortes est animal. et cō  
uerso. plato est animal et cōuerso. ergo omnis homo est ani  
mal et cōuerso. hic enumerantur omnia singularia illius.  
omnis homo est animal et non huius. omne animal est homo  
que significantur per compositionem huius. q̄ est cōuerso  
ad hanc. omnis hō est animal. Tertius modus prouenit a cō  
muniter accidentibus. Et dicunt cōmuniter accidentia q̄ se  
a quando cōsequuntur et aliquādo nō. ut iste est compr<sup>9</sup> ergo  
ē adulter. Similiter hic. musa et poeta similiter terminant sed  
musa ē feminini generis ergo et poeta. Non sequitur ydēpri  
tas generis et terminationis. aliquando se consequuntur et ali  
quando non. eo quod non est in omnibus sed in aliquibus  
Si aliquis dicat. quod in hoc ultimo tertio modo non tenet  
cōuerso. Unde ibi non est consequentia. Dicendum est. q̄  
ergo secundum quosdam sumitur consequentia a cōmuniter  
accidentibus ad consequentiā necessariam et probabilem et i  
istis nō sumitur cōsequētia necessaria s̄ pbabilis. Taliter au  
tem ordinantur isti modi ab aristotile isto modo ordiato.

**S**equitur de fallacia secundum non causam ut cau  
sam. Ad cuius euidētiā sciendum quod duplex  
est silogismus scilicet ostensiuus et ad impossibile.  
Ostensiuus est qui habet unam solam conclusionem. Silogis  
mus uero ad impossibile est quando aliquis silogistice duci  
tur ad impossibile et propter hoc interimitur aliqua pmissarū  
q̄ erat cā illius impossibilis. Unde iste silogismus semper ha  
bet duas conclusiones ut cuz dicitur. est ne hō asinus hoc cō  
cesso. Contra. nullus asinus ē animal rationale mortale. ho  
mo est asinus. ergo homo non est animal rationale mortale.  
sed hoc est impossibile. ergo et ista. homo est asinus. et ille

f iij

29.

39.

Nota

dup silogism)  
ostensiuus & ad impo



Falla 2<sup>m</sup> no caus ut cas

ca appa<sup>tie</sup>  
ca fal<sup>tatis</sup>  
ex<sup>m</sup>. aristo<sup>us</sup>

silogismus est in quarto modo p<sup>ri</sup>e figure Scienduz e enim quod non causa ut causa semper fit in silogismis ad ipossibile Fallacia autem secundum no causam ut causaz fit. quando non ca ponitur ut ca: e propter hoc apparet sequi ipossibile z illud quod apparet esse causa interimitur ut si querat est ne brunellus ho: quo concessio. nullus asinus est animal rationale mortale sed ho est asinus z brunellus est homo. ergo homo non est animal rationale hoc autem est ipossibile. ergo brunellus non est homo In hac enim dicta argumentatione non e causa ut causa qz interimitur id qd apparet esse causa z no e: scilicet brunellus e homo Causa apparetie huius fallacie est conuenientia huius qd apparet esse causa et non est cum eo quod est causa. Causa falsitatis est diuersitas eorum dem. tale enim exemplum ponit aristoteles huius fallacie. ut querendo sic. Sunt ne anima z uita idem: quo concessio Contra mors z uita sunt contraria sed mors est corruptio ergo uita generatio z p<sup>o</sup>sequens uiuere e generari sed hoc est ipossibile qz quicquid uiuit no generatur sed generatum est ergo aia z uita no sunt idem hec conclusio peccat secunduz non causam ut causam. qz ex hoc enim qz anima z uita sunt idem non sequitur ipossibile z ita non debet interimi sed ista mors z uita sunt contraria quia in omnibus his id quod non est ca apparet esse causa qz communicat in terminis cum aliquib<sup>9</sup> propositionibus ex quibus sequitur ipossibile. Ex istis patet qz ista fallacia non fit in silogismo ostensiuo ut omnis homo currit. sortes est homo z sol est i cancro. ergo sortes currit hec non est fallacia no cause ut cause quia hec propositio sol est in cancro non est causa. neque apparet ee ca. sicut apparet i silogismo ad ipossibile.

**D**ropositio plures e illa. i qua plura pdicant o pluribus: ul' plura de uno. ul' unu de plurib<sup>9</sup> ut sortes currit z disputat uel sic. e ne hic uel hic ho. deuo

strato sorte z brunello. uel sortes z plato currunt z disputar  
 Propositio una. aut e in qua unum predicatur de uno. z hoc  
 q̄drupliciter siue unū numero ut homo est risibilis siue unū  
 specie. ut sortes est hō siue unū genere. ut sortes est animal.  
 siue unam secundū prius z posterius. ut hō est ens. animal  
 est sanū Siue predicantur plura. ex quibus fit unū. ut hō e  
 animal rationale mortale Secundū plures interrogationes  
 fiunt paralogismi. quādo ad interrogatiōē plures. dat̄ una  
 respōsio Causa apparentie huius fallacie e unitas interroga  
 tionis cōplexe Causa falsitatis e pluralitas ipsius Duo sunt  
 modi huius fallacie Prim⁹ modus e. quādo plura in singu  
 lari numero subiciuntur uel predicantur ut hic. est ne hic z hic  
 homo. demonstrato sorte z brunello si dicatur sic: ergo bru  
 nellus est homo. si non ergo sortes non est homo Non enim  
 bene respondit quando fecit responsonem unam ad interro  
 gationem plures. s̄ dz respondere. uerū e pro uno et falsum  
 p̄ reliquo: Secundus modus e quando plura i plurali nūero  
 subiciuntur uel pdicantur. ut sunt ne ista bona. uel non bona:  
 demonstratis bono et nō bono. si dicit bona ergo bonū est ma  
 lum. si non bona. ergo bonum non est bonum debuisset enim  
 respōdere bonū e bonū z malum e malū Si autem cōcedat  
 aliq̄s hō dari diffinitiones simili modo i singulari z in plura  
 li ut cecū est aptū natū uidet̄ z nō uidet. z ceca sunt apta na  
 ta uidere z nō uidet. non effugient redargationē demonstrato  
 uno ceco z altero uidente: z dicatur sic sunt ne illa ceca uel  
 non ceca: si ceca. ergo illud e cecū. demonstrato uno uidente.  
 nō enī dicebat illū esse cecum. z illū eē uidentē s̄ dabat unā  
 respōsiōē eo q̄ concessit. q̄ similis daretur diffinitio in sin  
 gulari numero z in plurali.

**D**ist bec autem reducendum est omnes fallacias  
 ad ignorantiam elenchi. Reducere autem omnes  
 ad ignorantiam elenchi est ostendere qualiter fal

*Propo' una. quadrip  
 unum. numero  
 unū spe  
 unum ḡne  
 unū 2<sup>m</sup> pri<sup>9</sup> post<sup>9</sup>*

*ca apparente*

*ca falsitatis*

*Duo modi huius fallacie*

*89.*

*2<sup>o</sup>*

*Reducere omnes fallacie  
 ad ignorantiam elenchi.*

Sicut diff. <sup>tra</sup> adueniens  
Gm q<sup>st</sup> s<sup>pe</sup>z  
ta. Ratio q<sup>st</sup> adue<sup>ns</sup>  
Silgmo q<sup>st</sup> elenchum  
Aristo.

 Nota

ca

fallacia quilibet peccat contra aliquam particulam in diffinitione elenchi positam. aut ratione silogismi. aut contradictionis Sicut enim differentia adueniens generi constituit speciem ita ratio contradictionis adueniens silogismo constituit elenchum. Unde quicquid est in elencho. aut est in eo ratione contradictionis. aut ratione silogismi Dicit enim aristoteles. quod dividendum est omnes silogismos apparentes et elenchos: aut omnes reducendum est ad ignorantiam elenchi. Equiuocatio et amphibologia. et figure dictionis reducuntur ad ignorantiam elenchi. eo quod duplex esse impedit silogismum et contradictionem Sed compositio accretus diuisio. reducuntur ad ignorantiam elenchi in eo quod non est oratio eadem uel idem nomen sed differens. oportet autem hoc scilicet nomen et rationem esse eadem quemadmodum et rem si debeat esse elenchus Qui uero secundum accidens fiunt. manifesti sunt finito silogismo quia fiunt contra particulam in diffinitione elenchi positam sunt scilicet necesse est aliud accidere per ea que posita sunt et concessa Et secundum hanc fallaciam que est secundum accides. artifices et scientes sepius ab inscijs redarguuntur. facientibus silogismos contra sapientes nam secundum accides faciunt silogismos apparentes Qui uero secundum quid ad simpliciter reducuntur ad ignorantiam elenchi quonia de eodem non est affirmatio et negatio ut ethiops est albus secundum dentes. ergo est albus Manifesti autem sunt silogismi. qui prius dicti sunt et quales nuncupantur Qui uero fiunt secundum id quod petitur in principio. et non causam ut causam peccat manifeste contra diffinitionem silogismi. quia in silogismo oportet sequi aliud de necessitate. quod non erat in principio et sic oportet quod premissa sint causa conclusionis silogismi Qui uero secundum consequens reducuntur sicut illi qui fiunt secundum accides Qui secundum plures interrogationes ut unam. reducuntur ad elenchum eo quod peccat contra unitatem propositionis. ibi enim non sumitur propo

fitio una: et per consequens nec propositio nam eadez est dif-  
finitio unius rei et rei. ut hois et unus hominis. simile autē  
et in alijs Unde propositio una. unū de uno affirmat sed non  
est ita in ppositione plures. in qua predicatur plura de uno  
uel unū de pluribus et propter hoc peccant cōtra unitatem  
ppositionis Item omnes fallacie in dictione secunduz quid  
ad simpliciter. reducuntur ad ignorantiam elenchi. eo qz pec-  
cant cōtra dictionem Omnes autēz alie fallacie extra dictio-  
nem. reducuntur i hoc qz peccāt cōtra diffinitione silogismi.  
Et hec de fallacijs petri hispani dicta sufficiant.  
Incipit septimus tractatus de suppositionibus.

Orū que dicuntur quedam dicuntur cū com-  
plexione ut hō currit Quedā vero sine com-  
plexione ut hō. qz ē termin⁹ incomplexus Ter-  
minus par h. c. sumit est vox significans uni-  
versale uel particulare ut hō uel sortes et sic  
de alijs Terminorū autem incomplexorum unusquisqz. ut si-  
gnificat substantiā. aut qualitatem aut quantitatem. aut ad ali-  
quid. aut agere aut pati. aut ubi. aut quando. aut situs. aut  
habitus Significatio ut hic sumitur. est rei per uocem secun-  
dum placitum representatio Quare cum omnis res. aut sit  
uniuersalis. aut particularis oportet dictiones non significā-  
tes uniuersale aut particulare non significare aliquid. et sic  
non essent termini prout hic sumitur terminus ut signa uni-  
uersalia uel particularia. Significationum alia est rei sub-  
stantiue et hec fit per nomen substantiuum. ut homo Alia  
est rei adiectiue. et hec fit per nomen adiectiuum. uel  
per uerbum ut currit. uel albus que non est proprie signi-  
ficatio substantiua uel adiectiua sed significatur aliquid sub-  
stantiue uel adiectiue Et significare aliquid substantiue uel  
adiectiue sunt medi uocum quia adiectiuatio ⁊ substantiua-  
tio sūt compositiones medi ⁊ differētie reꝝ que significātur ⁊

*Quedam dicuntur  
cū complexione  
Quedam sine  
Terminus ꝑ ut hic  
Termin⁹ incomplex⁹ sig<sup>cat</sup>  
X. Predicamenta*

*Significatio ut hic  
unius res aut uniuersalis  
aut pars est*

*Significatio rei substantiue*

*Significatio rei adiectiue*

Nota Substa<sup>ur</sup> dicunt<sup>ur</sup>  
supponere  
Nota adiectiua dicit<sup>ur</sup>  
Vba dicunt<sup>ur</sup> copulam  
Suppo<sup>to</sup> quid dicit<sup>ur</sup>  
diffinit a suppo<sup>to</sup>

Sup<sup>to</sup> est sup<sup>to</sup> ad sig<sup>tu</sup>  
Sup<sup>to</sup> est suppo<sup>to</sup> ad suppo<sup>to</sup>  
copulatio quid

Suppo<sup>to</sup> cōis  
Suppo<sup>to</sup> discreta  
Suppo<sup>to</sup> cōis alia natu<sup>lis</sup>  
alia acci<sup>lis</sup>  
nat<sup>lis</sup>  
Acci<sup>lis</sup>

Acci<sup>lis</sup> simp<sup>x</sup>

non significationes Nomina uero substantiua dicuntur supponere sed nomina adiectiua uel uerba dicuntur copulare Suppositio est acceptio termini substantiui pro aliquo Differunt autem suppositio et significatio quia significatio fit per impositionem uocis ad significandum rem. suppositio est acceptio termini iam significantis rem pro aliquo .ut cum dicitur homo currit iste terminus homo tenetur stare pro sorte platonis et sic de alijs Unde significatio prior est suppositio et in hoc differunt quia significatio est uocis . suppositio est termini iam compositi ex uoce et significatione ergo supponere et significare non sunt idem. sed differunt per locum a coniugatis Item significatio est signi ad signatur suppositio uero est supponeris ad suppositum ergo suppositio non est significatio Copulatio est acceptio termini adiectiui pro aliquo Oppositionum .alia communis .alia discreta Suppositio communis est que fit per terminum comitem ut homo animal Discreta est que fit per terminum discretum .ut sortes .uel per terminum commune cum pronome demonstratiue primitiue speciei ut iste homo qui est terminus discretus. Item suppositionum communium .alia naturalis alia accidentalis Suppositio naturalis: est acceptio termini communis pro omnibus his pro quibus aptus natus est participari ut iste terminus homo per se sumptus supponit pro omnibus hominibus .tam qui sunt quam erunt et qui fuerunt Accidentalibus suppositio est acceptio termini comitem pro omnibus pro quibus exigit suum adiunctum ut homo currit .hic iste terminus homo supponit pro omnibus hominibus presentibus Et cum dicitur homo fuit uel homo cucurrit . supponit pro preteritis Et cum dicitur homo erit uel homo curret . supponit pro futuris Et sic habet diuersas suppositiones secundum diuersitatem eorum que ei adiunguntur Accidentalium suppositionum alia simplex . alia personalis Suppositio accidentalis simplex .est acceptio termini

cōmunis pro re uniuersali significata p̄ ip̄sum terminum ut  
cum dicitur hō est species animal est genus Ibi iste termi  
nus homo supponit p̄ homine in cōmuni. et non pro aliquo  
inferiori Similiter dicendum est de quolibet termino cōmu  
ni: ut risibile est proprium. rationale est differentia albū est  
accidens Item suppositionū simplicium. alia est termini cō  
munis in subiecto positi. ut homo est species Ibi iste termi  
nus homo simplicem habet suppositionem. q̄ solum suppo  
nit pro natura speciei Alia est termini communis positi in  
predicato propositionis affirmatiue. ut omnis homo est ani  
mal Ibi iste terminus animal in predicato positus simplicē  
habet suppositionem quia solum supponit pro natura gene  
ris. Alia est termini cōmunis positi post dictionē exceptiuā  
ut omne animal pr̄ter hominem est irrationale. e. Ibi iste ter  
minus hominem simplicem habet suppositionē quia non li  
cet fieri descensum sub ipso Unde non sequitur omne animal  
pr̄ter hominem est irrationale. ergo omne animal pr̄ter hūc  
hominem est irrationale ex quo ibi est fallacia figure dictio  
nis. p̄cedendo a suppositione simplici ad personalem Simi  
liter est hic homo ē species. ergo aliquis homo ē species Et  
similiter hic. omnis homo est animal ergo omnis homo est hoc  
animal In oībus enim istis fit. p̄cessus a simplici suppositione  
ad personalem. q̄ autem terminus in predicato positus sim  
plicem habet suppositionem. patet quia cum dicitur omniū  
oppositōrū eadem est disciplina. nisi ille terminus disciplina  
simplicem haberet suppositionem. sic fieret descensus sub ip  
so et esset falsa. Nulla enim particularis disciplina est om  
nium contrariorum. medicina enim non est omnium contra  
riorum. sed solum sani et egri. gr̄matica non est omnium cō  
trariorum: sed solum congrui et incongrui. logica ueri et fal  
si et sic de alijs Personalis autem suppositio est ceptio ter  
mini cōmunis pro suis inferioribus ut cum dicitur. homo

*Nota diff. hanc  
p̄ numerū positiōe*

*q̄ nulla parti<sup>is</sup> synthē  
sit oīz extrinsec*

*p̄ sonalis suppo<sup>tiō</sup> quid*



*determinatio suppositio*

*confusa suppositio*

surit iste terminus hō supponit p suis inferioribus Item  
personalium suppositionū. alia est determinata. alia confusa  
Determinata suppositio. ē acceptio termini cōis indiffinite  
sumpti. uel cū signo particulari determinatus. ut homo currit  
uel aliquis homo currit Et dicitur utraqz illarum determina  
ta. qz licet in utraqz istarū iste terminus homo supponit pro  
omni homie. taz currente q̄ nō currente: tamen p uno solo  
hoie currente uera dicitur Et quia aliud est supponere z ali  
ud est locutionē eē ueram pro aliquo uel falsaz igitur in pre  
dictis ut dictū est iste terminus hō. supponit pro omni homi  
ne tam currente q̄ non currente. licet reddat locutionē ueraz  
p currente solo q̄ aut in utraqz istarum sit determinata sup  
positio patet. qz cum dicitur aīal est fortes. uel animal ē pla  
to. et sic de alijs. ergo aīal est omnis homo Ibi est fallacia fi  
gure dictōis a plurib⁹ determinatis ad unā determinatā pce  
dendo Et ideo iste terminus aīal diffinite positus hz deter  
minatam suppositionē. et similiter cuz signo particulari. Cō  
fusa suppositio est acceptio termini cōis pro pluribus medi  
ante signo uniuersali. ut cuz dicitur oīs homo est animal. ibi  
iste terminus homo supponit p pluribus mediante signo uni  
uersali. quia supponit pro quolibet suo supposito Item confu  
sarum suppositionum alia est confusa necessitate signi ul' mo  
di. et alia necessitate rei ut cū dicitur omnis homo est animal  
ibi iste terminus homo mediante signo uniuersali confundi  
tur siue distribuif p quolibet supposito Et iste termin⁹ ani  
mal a parte predicati positus. cōfunditur necessitate rei. Et  
cuz unu quisqz hō suam habeat essentiam ideo hoc uerbum  
est necessitate rei tenetur pro tot essentijs. pro quot homi  
nibus tenetur iste terminus homo z cū unicuiqz homini in  
sit sua animalitas ideo iste termin⁹ animal necessitate rei te  
netur pro tot animalibus pro quot hominibus iste termin⁹  
homo. et pro quot essentijs hoc uerbum est Unde iste termi

us homo debet supponere: confuse. mobiliter et distributiue sed confuse et distributiue tenetur. q: tenetur pro omni boie. mobiliter uero. quia licet fieri descensus sub eo p quo liber suo supposito ut ois homo e animal ergo fortes est animal sed iste terminus aial dicitur confundi immobiliter qz non licet fieri descensum sub eo ut ois homo est animal. ergo omnis homo est hoc animal Ibi enim fit procellus a simplici suppositione ad personalem Sicut hic. homo est dignissima creaturarum ergo hic homo uel aliquis homo Dei rosa est pulcherrim<sup>o</sup> floz. ergo aliqua rosa. Sed differunt in hoc quia in istis est simplex suppositio ex pte subiecti. in illa uero ex parte predicati. licet uideatur opposituz esse quod superius dictum est q in hac ppositione: omnis homo est animal. iste terminus animal in pdicato positus simplicem habet suppositionem. cu prius dicitur q habet confusam Ad hoc dicendum est secundu quosdam. q quia genus predicatur de pluribus differentibus specie iste terminus animal quando tenetur pro ipso i comuni qd est genus. sic habet simplicem suppositionem Secundum autem q ipsa natura comunitatis ipsius generis multiplicatur per supposita hominis sic dicitur habere confusam suppositionez non mobiliter sed immobiliter Suppositio autem confusa immobiliter potest cum simplici incidere. non secundu idem. sed scdm diuersa ut dictu est. scdm hoc dicendu est q suppositio cofusa mobiliter. non potest simul esse cum simplici nec secundum idem nec secundum diuersa ut dictum est Sed ego credo impossibile esse terminum communem in predicato positum: habere suppositionem simplicem. et confundi mobiliter uel immobiliter signo uniuersali existente in subiecto affirmatio. ut omnis homo est animal z de alijs consimilibus. quia ut uult porphirius. Omne quod predicatur de aliquo. aut est maius eo. aut est equale ei de quo predicatur. et ut

*Nota p totum*



*Anstot. 1<sup>o</sup> p<sup>o</sup> thopicoz*

*Totū inq̄tate cōpletū*

*Ex p̄tē i q̄tate incompletū & diminutū*

tendit de predicatiōe per se Sed in hac propositione omnis homo est animal. ē predicatio per se et non predicatur equalē. ergo maius non accidentale ergo substantiale non differētia ergo genus sed natura generis multiplicata mobiliter ul' immobiliter. non est genus. ergo cum dicitur omnis homo ē animal. cum ibi predicetur genus non esset possibile terminum cōmunem multiplicari mobiliter uel immobiliter qui si significat naturam generis que iam actu non est genus sicut si homo confunderetur mobiliter uel immobiliter iam non est species Item hoc idem uidetur per aristotelem in primo thopicoz dicentem q̄ omne quod de alio predicatur aut predicatur conuersim de eo aut non Si conuersim est diffinitio uel proprium. Si autem non conuersim predicat de re. aut cadit in diffinitionē rei aut non si non tunc est accidēs. Si cadit in diffinitionē aut est genus uel differentia. nō differentia ergo genus Et intendit aristoteles q̄ ibi sit directa predicatio. et species subiciatur secundū se uel multiplicatur. sed in hac propositione. homo est animal est directa predicatio: et subicitur homo. et nō equalē predicatur neq̄ accidēs ergo genus Quare non est possibile terminum cōmunem in predicato positū cōfundi mobiliter uel immobiliter Item totum uniuersale. quod est genus et totum in quātitate ex opposito se habēt Sed totū in quātitate est duplex Quoddā est totum in quātitate completū. ut ubiq̄ cōfunditur terminus cōmunis mobiliter ut omnis hō est animal Aliud est totū i quantitate incompletū et diminutū ut ubiq̄ cōfunditur terminus cōis immobiliter et multiplicatur terminus cōis simpliciter ergo si impossibile est totum in quantitate esse genus. in quantum huiusmodi: non erit possibile terminum cōmunem in predicato positū cōfundi mobiliter uel immobiliter. ut dicebatur Item comparatio illa secundum quam inferiora reducuntur ad superiora opposita

est comparationi secundū quā superiora reducuntur ad infe-  
riora. s; secundū primā sumitur cōmune in ratione cōmunis  
sed secundū secundam sumitur commune multiplicatum si-  
ue confusum. cuz ergo terminus communis . ut sic. fit in ra-  
tione generis. non est possibile ipsum multiplicari inquantuz  
huiusmodi Et hec quatuor argumēta sunt concedenda. Lau-  
sa autem per quam mouebantur facilis est ad soluendum q̄  
tantum est una. quia cum dicitur omnis homo est animal cū  
unicuique homini respōdeat sua animalitas. siue sua essentia  
cum non possit esse homo qui non sit animal Ideo dixerunt  
q̄ iste terminus animal. tenet̄ p̄ tot animalibus pro quor̄ ho-  
minibus homo. q̄ autem in illo argumento nulla fit apparē-  
tia. patet q̄ cū dicitur omnis hō est albus. necē est q̄ tot aīa  
lirates intelligantur ī subiecto quor̄ sunt homines in q̄bus te-  
netur homo Vnde nihil ē dicere. q̄ habeat illas animalitates  
a p̄dicato. cum ibi predicatur albus Vnde dicendū. q̄ homo  
logice loquendo non naturaliter ex rationali ⁊ animali com-  
ponitur. iō de se h; illarum aīalitarum multiplicationem Vn-  
de cum dico sic. omnis homo est albus nullo modo hēt illas  
animalitates a p̄dicato cum ibi predicetur albus ut dictū  
est Sic autem ē in proposito. cum ibi predicetur genus de  
specie. ut omnis homo est animal In hac enim propositione  
subicitur homo. ī quo intelligitur multitudo illarum animalī-  
tarum ⁊ predicatur hoc genus animal quod nullo modo con-  
funditur mobiliter. uel immobiliter. sed stat ibi pro natura si-  
ue pro essentia ipsius generis cōmunis de pluribus predi-  
cabilis Vnde animal predicatur ⁊ animal intelligitur in sub-  
iecto. sicut hic omne animal rationale est animal Similiter  
dico. quod hoc uerbum est non confunditur mobiliter uel  
immobiliter quia quod animal esset uel existeret in hoc ho-  
mine hoc habet subiectum de se antequam in propositione  
subiciatur p̄dicato essentiali uel accidentalī Et propter hoc

81

*notu solum argu*

omnis q̄ fusio fit necesse  
signi sit modi

via logicoꝝ &  
natura nature

fa

dup<sup>x</sup> Relatiuuz  
Relati<sup>us</sup> p̄ dicamtu &  
Et h̄y recordatiuuz

destruim<sup>9</sup> quādam diuisione factam. scilicet confusarum sup  
positionum alia est pfusa necessitate rei. alia ē confusa neces  
sita e modi siue signi. Dicimus enim q̄ omnis confusio fit ne  
cessitate signi uel modi. ut cum dicitur: omne animal rationa  
le est animal iste terminus animal in subiecto positus. tenet  
necessitate signi pro omni animali quod est homo Similiter  
hic omnis homo est animal. iste terminus homo tenetur p  
omni homine z non solū pro homine. sed etiam p omni ani  
mali quod ē homo. z ideo tot intelliguntur animalitates quot  
humanitates. naturaliter loquendo quia eadem est humani  
tas i 1 quolibet individuo hominis secundum uiam logicoꝝ  
z nō secundum uia nature sic homo in cōmuni idem ē Un de  
q̄ fit hec animalitas uel illa. hoc est ratione materie In uia  
enim nature humanitas mea differt ab humanitate tua per  
se z anima mea per quam catur humanitas mea in me alia  
ē ab anima tua per quā catur humanitas tua in te Et ppter  
hoc signum confundit hominem. non tamen confundit ani  
mal in communi. sed animal contractum ad hominem p suas  
differentias Unde sequitur. q̄ omnis confusio fit necessitate  
signi uel modi.

Et sic est finis suppositionum petri hispani z hoc quo ad  
terminos absolutos.

Incipit octauus tractatus de relatiuis.

Relatiuū ē duplex uno mō relatiuū ē cuius  
ce est ad aliud se haberi z sic relatiuū ē unū  
ō decē pdicamentis Aliud ē relatiuū qd est  
antelate rei recordatiuū. qz ut uult pascia  
nus i maiori suo uolumie. Relatio ē antelate rei recordatio.  
ut sortes currit qui mouetur. ubi hoc relatiuuz q̄ facit recor  
datio. ē siue relationez de sorte q̄ res antelata Ommissis at  
relatiuis scdm primū modū d̄ relatiuis scdo mō hic irēdm<sup>9</sup>  
Relatiuorū autē qdā sunt relatiua substantie ut q̄ ille z similia

Quedam uero sunt relatiua accidentie. ut talis qualis tantus  
 quantus Relatiuū autē substantie ē quod refert eandem rez  
 in numero cū suo antecedente ut qui ille Item relatiuorū sub  
 stantie. quedā sunt relatiua diuersitatis ut alius. Et ē illud qđ  
 refert eādē rē in numero. z supponit p̄ alia ut sortes currit  
 z alius disputat Quedā uero ydemptitatis. qui ille idēz Re  
 latiuum autē substantie ydemptitatis est quod refert et  
 supponit pro eodem in numero pro quo supponit suum an  
 tecedens ut sortes currit qui disputat ibi hoc relatiuūz qui  
 refert sortem z supponit p̄ sorte Relatiuorum substantie ydē  
 p̄ itatis. quedam sunt nomina ut quis. quidā Quedā sunt p̄  
 nomina ut ille. idē Item relatiuorum pronominū ydēptitatis q̄  
 dam sunt reciproca ut sui. sibi. se euz suo possessiuo ut suus.  
 sua. suum. z meus mea meum. Alia uero non reciproca ut il  
 le. idem quis uel qui. Relatiuum autē reciprocum dicitur nō  
 qđ sit patiens. sed quia ponit modum patientis supra substā  
 tiam agentem: quia aliud est modus patiens et aliud mo  
 dus patientis. quod patet per hoc quod nominatiuus po  
 test esse patiens ut dicendo sortes percutitur: sed nō potest  
 habere modum patientis. Unde modus patientis semper  
 est in obliquis et sic patet quod aliud est patiens. et aliud  
 est modus patientis. Si queratur quid addatur supra pati  
 ens per relatiuum reciprocum Dicendum qđ addit ydem  
 ptitatem substantie z ponit eā sub modo patientis ut sortes  
 uidet se ibi substantia. que prius erat agens ponitur sub mo  
 do patientis. ut in hoc pronomine se Unde reciprocum sic  
 potest diffiniri Reciprocum est quod significat substantiam  
 agentem sub modo patientis Vel sic Reciprocum est idem  
 quod sui ipsius passiuum. z ideo hoc relatiuum sui signifi  
 cat per modum patientis in quem dicitur trāsire actus uer  
 bi Nominatiuus. autē significat p̄ modum agentis Item si  
 queratur quare hoc pronomen sui. sibi. se caret nominatio

*Item Substie*

*Item diuersitatis*

*Item idem*

*Item reciproca*

*modus patientis semp  
est in obliquis*

*reciprocu quid*

*Nominatiuus dicit  
modum agentis*

*Instramus*

*maior certitudo  
est ad n. q. p.  
antecedens*

Dicendum est q̄ solutio patet ex premissis q̄ agēs non potest significare patiens siue sub modo patientis. nisi in obliquis: sed ipse nominatiuus dicit modum agentis. et ideo natura nominatiui repugnat nature huius pronominis sui. et ideo non potest habere nominatiuum. Ex predictis patet q̄ re latina ydempritatis referunt eadem re. sub suo antecedente et semp supponunt p̄ eadē re ī numero. Et ex hoc patet. q̄ maior est certitudo p̄ relatiuū ydempritatis. q̄ p̄ suum antecedens loco relatiui positum. ut homo currit homo disputat quia dubium est utrum de eodem homine dicatur. Sed euz dicitur homo currit et idem disputat certum est q̄ de eodē homine dicatur hoc enim patet p̄ priscianū in maiori suo uolumine dicentes q̄ cū dicitur Ayax uenit ad troyam et ayax fortiter pugnauit dubium est an de eodez ayace dicatur an de diuersis. Sed cum dicitur Ayax uenit ad troyam et idēz fortiter pugnauit de eodem ayace in numero statim intelligitur. Et sic patet quod maior est certitudo per relatiuum ydempritatis. quam per suuz antecedens loco talis relatiui positum. Solet autem dubitari circa relatiua ydempritatis. utrum deceptio facta ex diuersa relatione. fiat secundum equiuocationem. uel secundum amphibologiam. uel secundum aliquam aliam fallaciam ut dicendo: homo uidet asinū qui ē rationalis. ibi hoc relatiuum qui potest referri ad hunc terminum homo uel ad hunc terminum asinum. et sic sunt ibi diuersae relationes. et ergo secundum aliquos solet ibi conuenienter assignari equiuocatio. Sed contrarium arguitur. hoc nomen qui. secundum quod est relatiuum significat rem unam equaliter se habentem ad illud quod significatur per modum substantie ut color qui est in corpore. locus qui continet rem locatam et sic de alijs. ergo deceptio facta ex diuersa relatione non facit equiuocationem. Item hoc nomen qui. secundum quod est nomen significat substantiam infini

tam. sed ista substantia infinita apta est finitari tã per unum  
antecedens. q̄ per aliud. ergo cū illa substantia infinite sum  
pra in se sit una & potest referre quodlibet antecedens ergo  
significatio hui⁹ relatiui erit una quare sequitur q̄ ibi non  
erit equiuocatio Item ratio cuiuslibet relatiui secundum q̄  
relatiuū. est tantū una. bec. s. res ante lata uel rei ante late re  
cordatiuū ergo omne relatiuum secundum q̄ relatiuuz. par  
ticipat unum nomē & unam rationem. ergo relatiuuz est uni  
uocum inquantū est ante late rei recordatiuū : ergo particu  
laria relatiua ut qui. ille. et alius. inquantū sunt relatiua suo  
rum antecedentiū non sunt equiuoca Si aliquis obiciat. q̄  
relatiuum qui alterius est rationis secundū q̄ tenetur i hoc  
antecedente homo et alterius secundum q̄ tenetur in hoc  
antecedente asinus. ut in predicta oratione ergo est cōmune  
& habet rationes diuersas ergo est equiuocum Dicendum  
q̄ hoc argumentum non ualet Nam similiter posset proba  
ri. q̄ quodlibet uniuocum esset equiuocum. ut animal esset  
equiuocum secundū q̄ est homo. uel secundū q̄ est in homi  
ne & aliam habet rationē secundū q̄ est equus uel secundū  
q̄ est in equo: et si hoc nomen animal aliam habet rationem  
hic et ibi. et est cōmune non tamen equiuocum sed uniuocuz  
Soluendum est breuiter q̄ sicut uniuoca dicuntur habere eā  
dem rationem non scdm se sed i uniuoco uniuocante. ut ho  
mo. bos. equus et similia in animali : Similiter omnia relati  
ua dicuntur hēre eādem rationem. non scdm se. sed in referē  
te siue in relatiōe. et etiā habent idem nomen iō uniuocatur  
in eo. sed ille obiciebat de rationibus relatiuorum secundū  
se. Unde predictas obiectiones ab ista concedimus et ideo  
concedimus q̄ deceptio facta ex diuersa relatione nō est se  
cundum equiuocationem Item illa deceptio est i ordinatio  
ne dictionum inter se. ergo est in oratione. quia ordinatio di  
ctionum nihil aliud est q̄ oratio ergo non est equiuocatio.

g iij

*Ratio istorū*

*Relatū est uniuocū*

*oppo<sup>tu</sup>*

*Solutio ang<sup>h</sup>*

*ordinatio dictionū*

*ca*  
cum equiuocatio solum fit in una dictione Item q̄ ibi non  
fit amphibologia probatur quia ubicunq; fit amphibologia  
ibi est constructio unius cū alio ut in hoc exemplo liber ari  
stotelis. quo ad primum modum. quo ad secundū ut hic litte  
ratur. quo ad tertium ut in hoc. scit seculum Et sic hoc pa  
ter inductiue p̄ omnes modos amphibologie q; ubicunq; est  
amphibologia ibi est constructio unius cum uno tantum sed  
ubicunq; sunt diuersa relatiua. non est constructio unius cū  
uno tantū: ymmo unius cū diuersis. ergo deceptio facta ex  
diuersa relatione non facit amphibologiam Item ubicunq;  
est deceptio ex eo q; aliqua dictio potest referri ad diuersa  
est compositio uel diuisio sed deceptio ex diuersa relatione  
ē ex eo q; aliqua dictio potest referri ad diuersa ergo decep  
tio ex diuersa relatione est compositio uel diuisio z hoc ideo  
concedimus.

*Relatiua diuersitatis quid*

*Regula i relatiua diuersitatis*

**S**equitur de relatiuis diuersitatis Relatiuū diuersi  
tatis ē qd̄ supponit p̄ alio ab eo quod refert ut ser  
tes currit z ali<sup>9</sup> disputat ibi hoc relatiuū aliis: re  
fert sorte z supponit p̄ alio a sorte z ita facit recordationes  
de sorte De relatiuis aut̄ diuersitatis talis datur regula Si  
relatiuū diuersitatis addat̄ sup̄iori. fit inferius. et si addatur  
inferiori: fit superius uerbi gratia. cum dicitur aliud ab ani  
mali ergo aliud ab homine . ibi est locus a specie ad genus.  
siue a parte subiectiua ad suum totum uniuersale. quia in  
hac propositione aliud ab animali hoc relatiuum diuersita  
tis aliud cum additur animali quod est superius ad hominē  
facit ipsum inferius. et in hac aliud ab homine additur infe  
riori scilicet homini. et ergo facit ipsum superius. et ergo ali  
ud ab animali est inferius ad aliud ab homine. et ideo ibi est  
locus a specie siue a parte subiectiua De relatiuis ydempti  
tatis datur regula ab antiquis Nulla propositio inchoata  
a relatiuis ydemptitatis. habet contradictoriam Et assignat

*Regula i relatiua diuersitatis*

ralem causam. quia cum dicitur omnis homo currit et ille  
 disputat hoc relatiuum ille habet respectum ad hoc antec-  
 edens homo propter dependentiam sue relationis. sed cum  
 negatio aduenit propositioni inchoate a relatiuo dicendo  
 sic. ille non disputat tunc negatio negat uerbum quod sequi-  
 tur. et non negat respectum relationis. quem habet ad ante-  
 cedens ergo negatio non negat totum quicquid affirmatio  
 affirmat ergo non contradicit. sed cum hoc fit in qualibet p-  
 positione inchoata a relatiuo. sequitur quod nulla proposi-  
 tio inchoata a relatiuo habet contradictoriam Sed contra  
 hoc obicitur. Quicquid contingit affirmare contingit negare  
 de quolibet supposito sed uerbum contingit et negare de  
 quolibet supposito ergo et contingit affirmare de quolibet  
 supposito quod est dictio relatiua ergo quelibet propositio  
 inchoata a relatiuo habet contradictoriam Item quelibet  
 propositio siue enunciatio que est una habet contradictoria  
 sed propositio inchoata a relatiuo. dummodo non sit ibi ali-  
 qua dictio equiuoca neq; plura subiciantur. neque predicā-  
 tur. est una propositio. ergo propositio inchoata a relatiuo  
 habet contradictoriam Item dicit aristoteles in primo peri-  
 hermenias circa affirmationem et negationem q; uni affir-  
 mationi una negatio est opposita. et e conuerso una negatio  
 uni affirmationi est opposita ergo affirmationi inchoate a  
 relatiuo. negatio una est opposita. quod concedimus dicen-  
 tes predictam regulam esse falsam Ad rationes eorum re-  
 spondemus quod relatiuum comparatur ad antecedens. et  
 comparatur ad uerbum cui subicitur. unde cum affirma-  
 tio uel negatio sit oratio affirmatiua uel negatiua alicuius  
 de aliquo. uel alicuius ab aliquo. hoc est predicati de  
 subiecto et ideo sicut patet per definitionem predictam af-  
 firmationis et negationis affirmatio et negatio respiciunt tā-  
 tummodo comparationē subiecti ad predicatum. ergo i pro  
 g iiii

q; nulla ppo inchoata  
 a relatiuo habet contra-  
 dictoriam

obicitur

1<sup>a</sup>

2<sup>a</sup>

3<sup>a</sup> Aristo.

Aristo. ad obiectum



positione inchoata a relatiuo tantūmō: sumitur contradicto-  
riū p̄ comparationem relatiui ad uerbum cui subicitur et  
nō p̄ cōparationem relatiui ad antecedens. quia ille respec-  
tus nō ē ibi propter naturam affirmationis. nec p̄pter depē-  
dentiam subiecti in quantum ē subiectum sed propter depē-  
dentia eius quod est subiectum q̄ aliud est subiectum in quā-  
tum subiectum. z id qd̄ est subiectum. z aliud predicatum: et  
illud quod est predicatum: et sic quicquid affirmatur in pro-  
positione inchoata a relatiuo negatur ī sua cōtradictoria. q̄  
contradictoria istius ille disputat est illa non ille disputat ne-  
gatione p̄posita relatiuo De relatiuo ydēp̄ritatis nō recipro-  
co talis datur regula Omne relatiuum ydēp̄ritatis non re-  
ciprocum habet eandem suppositionē quā habet suuz antecē-  
dens. ut cum dī. omnis homo currit z ille est sortes hoc re-  
latiuum ille supponit pro omni homine. q̄ sensus est omnis  
homo currit. z ille est sortes. id est omnis homo est sortes.  
Dico autē non reciprocum quia cuz dicitur: omnis homo ui-  
det se non est sensus. omnis homo uidet omnem hominem  
unde loco relatiui se non licet ponere suum antecēdēs. loco  
autem alterius licet ponere.

**R** Abito de relatiuo substantie dicenduz est de rela-  
tiuo accidentis. Relatiuū autē accidentis est qd̄  
refert eandē rē p̄ modū denominationis ut tale q̄  
le rē. Unde hec ē differētia relatiui substantie. ad relatiuum  
accidentis. quia relatiuum substantie refert rem uniuocam  
per modum quod quid est ut albedo que est in pariete. co-  
lor qui est in corpore. Relatiuuz autem accidentis est quod  
refert rem suam per modum denominationis ut sortes est  
albus et talis est plato Alia autem differētia datur eorū-  
dem quia relatiuum substantie refert idem in numero Rela-  
tiuum uero accidentis refert idem in specie. ut sortes est al-  
bus et talis est plato. quia idem in numero non potest esse

*Regula*

*Relatiuum acci-  
dētis quid  
differt*

in diuersis subiectis: sed bene idem in specie. Relatiuorum  
 autem accidentis aliud e relatiuum ydempritatis. ut talis.  
 Aliud uero diuersitatis ut alter Relatiuum accidentis ydem  
 pritatis e quod refert eandem qualitatem in specie. z suppo  
 nit pro eadem in specie ut fortes est albus z talis est plato.  
 Relatiuum autem accidentis diuersitatis est quod refert can  
 dem qualitatem in specie. sed supponit pro alia diuersa in  
 specie ut fortes est albus z alterius modi est plato Differt  
 autem relatiuuz substantie ydempritatis a relatiuis acciden  
 tium ydempritatis. quia relatiuum ydempritatis substantie  
 refert eandem substantiaz in numero Relatiuum autem yde  
 pritatis accidentis non refert idem accidens in numero: sed  
 solum idem accidens in specie Relatiuorum accidentis yde  
 pritatis. aliud est relatiuum quantitatis continue. ut tantus  
 Aliud uero quantitatis discrete. ut tot. quot Item relatio  
 rum numerorum. quedam sunt nomina ut totidem quedam  
 sunt aduerbia. ut totiens Sciendum quod talis. tantus: tot.  
 totiens: totidem possunt dici relatiua. redditua. et demonstra  
 tiua Relatiua ut si ad presentes referantur Demonstratiua  
 ut cum dicimus demonstrando mare. tale est rubeum. de  
 monstrando herculem. talis fuit plato. Si autem non refera  
 tur ad presentes siue per demonstrationem rerum presen  
 tium. tunc sunt redditua. quia reddunt. interrogatione pre  
 cedente. ut qualis est plato talis est fortes Relatiua quan  
 do sine interrogatione proferuntur. ut talis est fortes qua  
 lis est plato: Et quando ad nomina adiectiua. specialium ac  
 cidentium ducuntur. ut ethiops est niger z talis est coruus  
 et fortes fuit albus et talis fuit plato. Et hec de relatiuis  
 dicta sufficiant.

*Relatiui accidentis ydempritatis*

*Relatiui accidentis diuersitatis*

*differentia*

*Relatiui quantitatis continue*

*Relatiui quantitatis discrete*

*Totus est quodam nota  
quodam aduerbia*

*Relatiua demonstratiua*

Incipit tractatus nonus.

per sonalis suppositio quid

restricta

Ampliata

restrictio qd

Ampliatio qd

per uerbum

per nomen

per participium

per aduerbium

alia respectu suppositio<sup>temp</sup>

alia respectu temporis

Questio

Proposio

Et formalis suppositio est acceptio termini communis pro suis inferioribus. Cuius alia est determinata, alia confusa ut prius patuit. Item per sonalis suppositionis alia est diuisio. Nam alia est restricta, alia ampliata et ita ampliatio et restrictio hinc fieri circa suppositionem personalem. Restrictio est coartatio termini communis: a maiori suppositione ad minorem ut cum dicitur homo albus currit, hoc adiectiuum albus restringit hominem ad supponendum tantum per albus. Ampliatio est extensio termini communis: a minore suppositione ad maiorem ut cum dicitur homo potest esse antichristus, iste terminus homo non supponit solum pro his qui sunt sed etiam pro his qui erunt, unde ampliatur ad futuros. Dico autem termini communis, quia terminus singularis, ut sortes non ampliatur, neque restringitur. Ampliationum alia fit per uerbum ut per hoc uerbum potest ut potest esse antichristus. Alia fit per nomen ut hominem esse antichristum est possibile. Alia per participium ut homo potens est esse animal. Alia per aduerbium ut homo necessario est animal, homo enim non solum ampliatur pro presenti tempore, sed etiam pro futuro. Et ideo sequitur alia diuisio ampliacionis scilicet ampliacionum, alia fit respectu suppositorum, ut homo potest esse antichristus. Alia fit respectu temporum, ut homo necessario est animal, ut dictum est. Circa predicta queritur de hoc sophismate, impossibile potest esse uerum. Probatum quod illud quod est uel erit impossibile potest esse uerum sed antichristum non fuisse post tempus suum est impossibile et modo potest esse possibile et uerum ergo impossibile potest esse uerum. Contra Quicquid potest esse uerum est possibile sed impossibile potest esse uerum, ergo impossibile est possibile, in tertio modo prime figure, sed conclusio est falsa ergo aliqua premissarum non maior ergo minor, sed hec est prima, ergo prima est falsa. Solutio, prima simpli

citer est falsa. hec scilicet impossibile potest esse uerum. et fo-  
 phisima peccat penes fallaciam accidentis. quia cum dico id  
 quod est uel erit impossibile duo dico scilicet subiectum illius  
 impossibilitatis. et illam impossibilitatem siue ipsum impossi-  
 bile: sed illud quod est uel erit est res subiecta et impossibile  
 accidit ei et posse esse uerum assignatur inesse utriusque. sicut  
 hec. antixpm non fuisse erit possibile. sed antichristus non fu-  
 isse potest esse uerum. ergo impossibile potest esse uerum non  
 ualet. quia antichristum non fuisse. est res subiecta et impossi-  
 bile est accidens. et posse esse uerum assignatur inesse utri-  
 usque. De ampliatione que fit ratione suppositorum. talis datur  
 regula Terminus communis supponens uerbo habenti uim  
 ampliandi a se uel ab alio. ampliatur ad ea que possunt esse  
 sub forma termini supponentis. ut homo potest esse animal  
 hic ille terminus homo non solum supponit pro presentibus  
 sed etiam ampliatur ad omnes qui erunt Dico autem de se  
 quia hoc uerbum potest. de se habet uim ampliandi Dico au-  
 tem ab alio. quia hoc participium potens Et hoc nomen pos-  
 sibile dant uirtutes ampliandi uerbo cui adiunguntur. ut ho-  
 mo est potens esse animal. uel animal possibile est esse album  
 et sic de alijs De ampliatione autem que fit ratione temporis talis datur  
 regula Terminus communis supponens uel apponens uerbo  
 habenti uim ampliandi quo ad tempus supponit pro his que sunt.  
 qui erunt. uel qui fuerunt ut homo necessario est animal ibi tam  
 homo quam animal tenentur pro his que sunt: et que erunt Et tamen de ampliationibus

Incipit decimus tractatus

Appellatio est acceptio termini pro re exi-  
 stente Dico autem pro re existente quia terminus  
 significans non ens. non appellat ut cesar uel  
 antixpus uel chimera. Differt autem appella-  
 tio a significatioe et suppositioe. quia appellatio  
 est tamen de re existente. sed suppositio et significatio sunt tamen pro re existente

Nota

Regla amplia<sup>nis</sup> de  
 suppo<sup>toro</sup>

Regla amplia<sup>nis</sup> de  
 temp<sup>oribus</sup>

Appellatio quid

Appellatio alia  
termini cōm  
Alia discreti.

Restrictio quid  
alia p nomen  
alia p uerbum  
alia p participiū  
alia p implicatōes  
Itē p inferius

quod pro re non existente: ut antixps significat antixpm. et supponit pro antixpo. sed non appellat. homo enim significat homines et de natura sua supponit tam pro existentibus quam pro non existentibus hominibus Appellat autem tantum homines existentes Appellationum autem alia est termini communis. ut homo alia est termini discreti. uel singularis ut sortes Terminus singularis idem significat. supponit et appellat. scilicet rez existenti. ut petrus uel iohannes Item appellationum termini communis. alia est termini communis pro re in communi ut quando terminus communis simplicem habet suppositionem ut cum dicitur homo est species: animal est genus. et tunc terminus idem supponit significat et appellat ut homo significat hominem in communi et supponit pro homine in communi et appellat hominem in communi Alia autem est appellatio termini communis. pro suis inferioribus ut quando terminus communis personalem habet suppositionem ut cum dicitur homo currit: tunc homo non idem significat. supponit et appellat. sed significat hominem in communi et supponit pro particularibus hominibus et appellat particulares homines tantum existentes Et hec de appellationibus sufficiant dicta.

**R**estrictio est coartatio termini communis a maiori suppositione ad minorem ut dictum est prius Restrictionum autem alia fit per nomen ut homo albus iste terminus homo non supponit pro nigris. neque pro medio colore coloratis sed restringit ad albos. Alia fit per uerbum. ut homo currit. iste terminus homo supponit pro presentibus tantum. Alia fit per participium ut cum dicitur homo currens disputat: Ille terminus homo supponit pro presentibus Alia fit per implicationem ut cum dicitur homo qui est albus currit Hec implicatio. qui est albus restringit hominem ad albos Item restrictionum factarum per nomen Alia fit per inferius superiori appositum. ut

animal homo currit. ille terminus animal tantum supponit  
 pro animalibus que sunt homines. Alia fit per differentiam  
 adiacentem generi. que est essentialis cum sit constitutiva  
 rei. ut cum dicitur animal rationale. hic animal supponit pro  
 rationalibus animalibus. Alia fit per adiectivum accidentis  
 ut cum dicitur homo albus. iste terminus homo supponit tan-  
 tum pro albis hominibus. De restrictione facta per nomen  
 coiter sumptum tales dantur regule. Omne nomen non di-  
 minuens. nec habens vim ampliandi. adiunctum ex eadem  
 parte termino magis communi. restringit ipsum ad suppo-  
 nendam pro his ad que exigit sua significatio. ut patet in ex-  
 emplis predictis. ut homo per suam significationem restringit  
 animal ad animalia que sunt homines ut cum dicitur animal  
 homo. et albus restringit hominem per suam significationem  
 ad homines albos. ut cum dicitur. homo albus. Dico autem  
 non diminuens ad remouendum nomina diminuentia ratio-  
 nem adiuncti ut mortuus. uel corruptus. et similia que non  
 restringunt sed potius destruant adiunctum. Dico autem non  
 habens vim ampliandi. ad remouendum dictiones ampliati-  
 uas: ut potens potest possibile que non restringunt sed poti-  
 us ampliant. Et sciendum quod minus commune semper restrin-  
 git maius commune ut cum dicitur homo albus currit quia homo  
 reperitur in albis hominibus et nigris et medio colore colo-  
 ratis. sed albus tamen non. Unde quo ad hoc homo est magis com-  
 mune. et albus minus commune. et sic albus restringit homi-  
 nes: sed secundum quod albus reperitur in hominibus lignis et la-  
 pidibus. et brutis. homo autem non: et sic album est magis  
 commune et homo minus commune et sic homo coartat album  
 ad albedinem existentem in hominibus cum dicitur. homo  
 albus currit: et sic utrunque coartat alterum secundum diuersa.  
 Item de termino restricto talis datur regula. Si signum uni-  
 uersale adueniat termino restricto. non distribuit ipsum nisi

*p differentiam aduenit<sup>tes</sup> gams*

*p adiecti<sup>um</sup> acc<sup>ty</sup>*

*Regula d<sup>no</sup> restrinc<sup>no</sup> p nome*

*u<sup>a</sup>*

*Regula d<sup>no</sup> restrinc<sup>no</sup> p nome*

17 regta d. r. p. m. n. e.

Nota

Regta y impica<sup>nes</sup>

174 alia regta

pro his ad que restringitur. Cum enim dico omnis homo albus currit. ibi homo restringitur ad albos et non potest distribui nisi pro albis Item de restrictione datur regula talis Nihil positum a parte predicati potest restringere terminum communem positum a parte subiecti. quo ad principalem eius significationem: ut homo est albus. iste terminus albus in predicato positus non potest restringere hominem in subiecto positum ad albos quia si restringeretur ad albos. ergo per regulam precedentem si signum uniuersale adueniret termino restricto solum distribuit ipsum pro his ad que restringitur. ut in proposito homo distribueretur solum pro albis hominibus. et sic istius propositionis. omnis homo est albus. sensus esset. omnis homo albus est albus ergo si una erat uera reliqua erit uera. et si una erit falsa. reliqua erit falsa: quod tamen est falsum ergo cum dicitur. omnis homo est albus. iste terminus homo non restringitur: et sic patet illa regula Dico autem quo ad principale eius significationem quia predicatus restringit subiectum quo ad eius consignificationem que est genus ut cum dicitur. ciuis est albus. iste terminus ciuis restringitur ad mares. et non ad mulieres et sic albus restringit ipsum quo ad consignificationem que est genus. et non quo ad suam significationem Item de restrictione facta per implicationem talis datur regula Omnis implicatio immediate coniuncta termino communi. restringit ipsum sicut saum adiectiuum. ut cum dicitur homo qui est albus currit iste terminus homo restringitur ad albos per hanc implicationem. scilicet qui est albus. Item de eadem restrictione talis datur regula Quotienscumque signum uniuersale et implicatio ponuntur in eadem locutione duplex est oratio ex eo quod signum potest precedere implicationem et sic distribuit terminum communem pro quolibet suo supposito. cum dicitur omnis homo currit qui est albus Item implicatio potest prius aduenire et re

stringere terminum communem & tunc signum postea adue  
niens non distribuit ipsum nisi pro his ad que restringitur .  
ut omnis homo qui est albus currit. et tunc equialet huic  
omnis homo albus currit.

**S**equitur de restrictione facta per uerbum de qua  
plures dantur regule Quarum prima est talis. ter  
tius communis supponens uel apponens uerbo  
presentis temporis. simpliciter sumpto nō habēte uim ampli  
andi. neq; ex se. neq; ex alio restringitur ad supponendū p  
his qui sunt sub forma termini cōmunis supponentis Dico  
autē termini cōmunis. quia terminus discretus neq; restri  
gitur neq; ampliatur. Dico autem uerbum presentis tēporis  
ad remouendam uerba aliorū tēporum quia terminus cō  
munis a tā habet suppositionem cū eis Dico autem simplici  
ter sumpto ad remouendam uerba diminuentia. ut est opi  
nabile et inopinabile Dico autē non habente uim ampliandi  
ad remouendū uerba āpliatua ut pōt Dico autem neq; ex  
se. neq; ex alio. ad remouēdum uerba habētia uim āplandi  
ex alio utputa ex cōiuncto. sicut hoc uerbū est cum dicitur  
est potens Dico autē sub forma termini supponentis q; hō  
supponit pro his qui sunt sub humanitate. & animal que sunt  
sub anima itate. ut cum dicit hō est animal Item alia datur  
regula Termin⁹ cōmunis supponēs uel apponēs uerbo de p  
terito simpliciter sumpto nō habēte uim ampliādi. nec ex se  
nec ex alio restringit ad supponēdū p his que sunt uel que  
fuerūt sub forma termini supponentis ut cū dicit hō fuit ani  
mal iste terminus hō supponit pro oibus his qui sunt ul' fue  
runt hoīes et aīal pro his que sunt uel fuerunt animalia Itē  
alia datur regula. Termin⁹ cōmunis supponens uel appo  
nens uerbo de futuro etiam supponit pro his que sunt uel  
erunt sub forma termini supponentis scilicet pro eis que  
sunt uel erunt in futuro ut homo erit animal: Ex predic

*2<sup>a</sup> de restrictione  
verbum  
pa*

*2<sup>a</sup> de  
esta*

*3<sup>a</sup> de  
esta*



questio

Probatio

alia [m]p[ro]p[ri]a

Solutio

etis patet q[uo]d uerbum restringitur quo ad con[si]gnificationem  
que est tempus . et n[on] quo ad significationem principalem  
Circa predicta queritur de hoc sophismate omne animal fu  
it in archa noe Probat[ur] homo fuit in archa noe : equus fu  
it in archa noe . et sic de alijs . ergo omne animal fuit in archa  
noe : Contra omne animal fuit in archa noe sed cesar fuit ani  
mal ergo cesar fuit in archa noe q[uo]d est falsum . ergo aliqua p[ro]p[ri]a  
m[is]tarum est falsa n[on] minor ergo maior . q[uo]d autem prima sit  
falsa . patet per quandam regulam que dicit . q[uo]d terminus c[on]m  
munis supponens uel apponens uerbo de preterito simpli  
citer sumpto restringitur ad supponendum pro his que s[un]t  
uel fuerunt sub forma termini supponentis Item alia est re  
gula q[uo]d si signu[m] uniuersale adueniat termino restricto . distri  
buit ipsum pro omnibus illis ad que restringebatur ergo cu[m]  
dicitur omne animal fuit in archa noe iste terminus animal  
supponit pro omni animali quod fuit in archa noe que non  
fuerunt omnia in archa noe ergo prima est falsa . Item ad  
idem in hac propositione . omne animal q[uo]d tunc fuit . fuit in  
archa noe iste terminus animal restringitur magis q[uam] in ista  
oratione omne animal fuit in archa noe cum in prima plura  
supponantur sed iste terminus animal restringitur ad illa q[ue]  
fuerunt tunc in illo tempore propter implicationem ibi posi  
tam ergo cu[m] solu[m] illa que fuerunt i[n] illo preterito . fuerunt in  
archa noe . et non plura oportet q[uo]d hec sit falsa . omne animal  
fuit in archa noe cum in ea plura animalia supponuntur So  
lutio . quidam dicunt q[uo]d hec omne animal fuit in archa noe  
est duplex . eo q[uo]d potest fieri distributio pro singulis generu[m]  
uel pro generibus singulorum primo modo est falsa . secundo  
modo est uera . quia quando fit distributio pro singulis gene  
ram : tunc est distributio pro singulis ipsis indiuiduis scilicet  
que sub eodem genere et sub eadem specie continentur t[un]c  
oportet q[uo]d omnia indiuidua contenta sub animali fuissent in

archa noe. qđ falsum ē Sed cū fit distributio pro generibus  
singulorum. tūc solum ē distributio pro generibus uel p spe  
ciebus. sed non fuit aliqua species animalis que non fuit in  
archa noe et illo modo est uera Sed huic solutioni non acq  
esco qz species animalis non fuit per se in archa noe sed tan  
tum indiuiduum Vnde pro illo tempore nō habuit ueritatē.  
nisi p singulis generū. id est pro indiuiduis z non pro gene  
ribus singulorum Vnde dico qz propositio est falsa z conce  
